





A

PROLEGOMENA

AD

NOVI TESTAMENTI GRAECI

EDITIONEM ACCURATISSIMAM,

E Vetuſtiſſimis Codd. MSS. denuo procurandam;

in Quibus agitur

De Codd. MSS. N. Teſtamenti, Scriptoribus Graecis qui N. Teſtamento uſi ſunt, Verſionibus veteribus, Editionibus prioribus, & claris Interpretibus;

& proponuntur


Animadverſiones & Cautiones ad Examen Variarum Lectionum N. T. neceſſariae.



AMSTELAEDAMI,

Apud R. & J. WETSTENIOS & G. SMITH.

MDCCXXX.



L E C T O R I

S.

POſt tot editiones Novi Teſtamenti a viris eruditis ex editionibus prioribus Complutenſi, Eraſmi, R. Stephani, aut Theodori Bezae, vario ſucceſſu procuratas, viro cuidam doctiſſimo, nec minori pietate quam doctrina, viſum fuit denuo accuratiſſime conferre libros typis expreſſos cum Codd. MSS. tam iſtis, quibus editores dicti uſi fuiſſe voluerunt videri, quam aliis antiquitate ipſa venerandis. Admouit igitur ille manum operi moleſtiſſimo pariter ac difficillimo; nec alio fine, niſi ut, ſi forte alii minus feliciter aut fideliter in edendo N. T. ad libros ſcriptos fuiſſent verſati, ipſe certiſſimam lectionem, ab optimis libris proditam, a Patribus confirmatam, & ab interpretibus veteribus obſervatam, in lucem revocaret, atque ita in Chriſtianorum manus traderet ipſiſſima, quantum per humanam induſtriam fieri poteſt, Chriſti & Apoſtolorum verba. Quo munere cum ille eos beare ſtuderet, nullum laborem ſubire, nullos ſumtus ferre detrectavit, ut oculis uſurparet ſuis Codd. vetuſtiſſimos, ex iis lectiones a vulgatis diverſas enotaret, atque ita per ſe diſceret, quid de unoquoque eſſet ſtatuendum, quaeve lectiones quibus eſſent praeponendae. Praeterea, ut & quomodo jam vetuſtis temporibus S. Scriptorum



verba fuerint lecta, & quatenus veterum lectio cum noſtris MSS. & edd. conveniret, quatenus ab iſtis diſcreparet, palam fieret, vir eruditiſſimus relegit ſcriptores ſeculorum poſt C. N. priorum Graecos, qui paſſim verba e N. T. petita, aut teſtimonia ex eodem ſumta, adhibuerunt in ſuis operibus. Iſtis igitur opibus inſtructus vir pius ſeſe adcinxit ad editionem N. T. Graecam, qualem & ipſe & eruditiſſimus quisque jam dudum deſideraverant, cum Notis procurandam, in quibus lectiones vetuſtiſſimae legerentur adſertae ab incuria & oſcitantia, aut etiam (piis dicam an inpiis?) fraudibus aliorum editorum. In procinctu vero cum jam ſtarent operae, & jam pararetur editio, mora, quae differre coëgit, quod jam pene cœptum erat, aliunde eſt injecta. Itaque, ut majus deſiderium editionem tanta cum cura elaboratam videndi in animis omnium, qui debita cum veneratione Librum Sanctiſſimum proſequuntur, accendamus, utque viri pii conſilium planius cognoſcatur, damus nunc Prolegomena, e quibus, quid alii praeſtiterint, & quid nunc ab hoc editore exſpectandum ſit, Verbi Dei amantiſſimus quisque non ſine ingenti voluptate percipiet. Ceterum, ut intelligas, Lector, quanta diligentia & fide editor in toto hoc negotio verſatus ſit, tabulam, in qua literarum MSCtorum. Codd., quos quidem ipſe cum editis contulit, formae accuratiſſime ſunt expreſſae, curavimus adjiciendam; quae res quanti ſit momenti ad Codd. aetatem & fidem cognoſcendam, optime norunt Graece doctiſſimi. Nec illud praetereundum, quod aſteriſcus lineis appoſitus in hiſce Prolegomenis deſignat librum, ſive manu ſive typis deſcriptum, ab ipſo Auctore eſſe cum vulgato textu, ut vocant, collatum; crux vero, eodem modo appoſita, indicat non ab ipſo Auctore per ſe cognitum, quod ille ibi affirmat, ſed ex eruditorum amicorum libris & ſchedis, benevole ſecum communicatis. Vale.

I N.



INDEX CAPITVM.

IV

Alphabetum Græcum ex Codicibus.

Primæ Classis	Secundæ Classis	Quartæ Classis.
λ λ λ λ	λ Λ Λ	α α ω
Β Β Β	Β Β Β Β Β	β β β μ (μ in medio.)
Γ Γ Γ	Γ Γ	γ Γ
Δ Δ Δ	Δ Δ Δ Δ Δ	δ Δ
Ε	Ε Ε Ε	ε ε ε ε
Ζ Ζ Ζ	Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ Ζ	ζ ζ ζ
Η Η	Η	η η η
Θ	Θ θ θ	θ ϑ θ
Ι	Ι Ι	ι
Κ Κ Κ	Κ Κ Κ Κ	κ
Λ Λ Λ	Λ Λ Λ Λ	λ λ
Μ Μ Μ Μ	Μ Μ Μ Μ Μ Μ Μ Μ Μ	μ μ
Ν Ν	Ν Ν Ν	μ ν
Ξ Ξ Ξ	Ξ Ξ Ξ Ξ Ξ	ξ ξ
ο ο ο	Ο Ο Ο	ο
Π Π	Π Π Π Π	ϖ ϖ π π
Ρ Ρ Ρ Ρ	Ρ Ρ Ρ	ρ ρ
C C C	C C C	σ (ς ς)
Τ Τ Τ	Τ Τ Τ	τ τ
Υ Υ Υ	Υ Υ Υ Υ Υ Υ Υ Υ	υ
Φ	Φ Φ Φ	φ φ φ
Χ Χ	Χ Χ Χ Χ	χ
Ψ Ψ	Ψ Ψ Ψ	ψ
ω ω	W W ω ω ω ω ω	ω ω ∞



PROLEGOMENA.

CAPUT I.

Obſervationes circa Codices Græcos Manuſcriptos Novi Teſtamenti.

I. COdices partim ſunt *membranacei*, partim *chartacei*. Membrana vel eſt purpura infecta, vel ſui coloris; eademque vel tenuior vel craſſior.

Charta item vel eſt bombycina vel communis, eaque rurſus vel laevigata atque expolita, vel notae deterioris.

Codicis in membrana purpurea deſcripti duo tantum ſuperſunt fragmenta, Londini unum, Viennae alterum, de quibus infra accuratius agetur, quae ſine dubio ſunt antiquiſſima, & Deſcriptioni Hieronymianae exacte reſpondent, qui praef. in Job. „ habeant, inquit, qui volunt, veteres libros vel in membranis „ purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgo ajunt, „ literis onera magis exarata quam Codices, dummodo mihi meisque per- „ mittant, pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros Codices, „ quam emendatos". Hujusmodi quoque membranae purpureae vel Chartae puniceae ſive violaceae inſcriptum vidi Pſalterium Graecum, & aliud Latinum, quorum illud Tiguri in Bibliotheca Civica, hoc vero Pariſiis in Cœnobio S. Germani aſſervatur.

In membrana tenuiſſima ſcriptus eſt Codex, quem Beza Claromontanum vocavit, & liber Prophetarum, qui Renati Marechalli fuit; tenuitatem vero membranarum aeque atque elegantiam literarum in pretio fuiſ-

ſe teſtatur Chryſoſtomus Hom. 32. in Joannem, ubi mentionem facit σπουδῆς περὶ τὴν τῶν ὑμένων λεπτότητα, καὶ τὸ τῶν γραμμάτων κάλλος. Chartacei omnes ſunt ſequioris aevi, & ,ſi charta ſit vulgaris, majorem partem ſeculo XV. & XVI. in Italia ſcripti.

2. Membranae iſtae in *quaterniones* diſtinguuntur, quorum ſinguli plerumque octo ſunt foliorum, numeris in priore cujuſque vel ſumma vel ima pagina notatis diſtincti, ſicut etiam nunc Typographis diſtinguere mos eſt, niſi quod in paucis demum poſteriori pagina notantur. Iſtae notae in quibusdam Codicibus vetuſtate obſoletae ſunt. Ita notatos quaterniones etiam reperi in Codice Octateuchi vetuſtiſſimo, qui Saravii fuit. Ex quibus numeris comperire licet, quantum hinc inde in Codicibus deſideretur. Ita deſcripti erant Codices illi quinquaginta, quos Euſebius Caeſarienſis juſſu Conſtantini M. curavit deſcribendos, ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσιν τρισσὰ καὶ τετρασσὰ, *in voluminibus magnifice exornatis terniones & quaterniones* de vita Conſt. IV. 37. quae Valeſius ita explicat: „ recte interpres terniones & quaterniones vertit. Codices enim membranacei fere per quaterniones digerebantur, h. e. quatuor folia ſimul „ compacta, ut terniones tria folia ſint ſimul compacta, & quaterniones „ quidem ſedecim habebant paginas, terniones vero duodenas. Porro „ in ultima quaternionis pagina notabatur numerus quaternionis, puta 1. „ 2. 3. & ſic deinceps, quemadmodum obſervavi in vetuſtiſſimis Codicibus tum Graecis tum Latinis. In antiquiſſimo Codice Gregorii Turonenſis, qui ante nongentos annos ſcriptus eſt, in ultima pagina quaternionis hanc notam reperi q. 1. id eſt quaternio primus.

3. „ Paginae ſingulae in pleriſque omnibus Graecis manuſcriptis ad Circinum & normam paribus ſpatiis dividuntur, ut *lineae* aequali intercapedine dirimantur, parque ipſarum numerus ſit in ſingulis paginis. *Palaeograph.* p. 27. Puncta quoque ipſa circino ſatis alte impreſſa fuerunt, ductaeque ab uno ad alterum lineae, etiam nunc in Codicibus vetuſtiſſimis conſpiciuntur, ita quidem ut in parte averſa quoque ejusdem operae veſtigia appareant, quae deſcriptores in exarandis literis ſequerentur. Lineae transverſae omnes pari intervallo ductae ſunt, directis ſingulis utrinque incluſae atque terminatae; niſi quod in his Codicibus, quorum ſingulae paginae binis columnis conſtant, duplices hae Lineae, quae columnas utrinque finiunt, neceſſario ductae fuerunt. Quae licet omnibus nota ac pervulgata ſint, ideo tamen hic adnotanda judicavi, quia ſaepe accidit, ut librarii, intermedia illa diſtinctione neglecta, textum perturbarent, quod in Geneologia Chriſti Luc. III. magnam confuſionem peperit, cum παραλλήλως poſita nomina pro eis, quae perpendiculariter ſubjacebant, ſcriberentur.

4. *Literae* ſunt vel majores vel minores; illae tempore Hieronymi, ut

§. 1. vidimus

§. 1. vidimus vocabantur unciales, rursus in duo genera distinguendae. Literae veteres primi generis figura sunt inornata ac simplici, aequabili ductu exaratae, ita ut si ξ excipias, vel uno duntaxat ut σῖγμα, ο τὸ μικρὸν & ἰῶτα, vel duobus aut summum tribus constent ductibus. Literae veteres secundi generis sunt multo pinguiores inaequali ductu atque angulosae, aliae velut basi quadam fultae, aliae variis apicibus ornatae aut oneratæ potius. Quum vero prior illa plane eadem scriptura sit, quae in antiquioribus monumentis Graecorum comparet: posterior vero picturam semibarbarorum temporum sapiat, apparet utique, priorem characterem recte assignari seculo VI., posteriorem X. Hoc et brevitatis causa facio, aliis Codices prout figura magis ad hanc vel illam accedit medio tempori dividendos relinquens; tum etiam vitandae extremitatis ergo; video enim possessores Codicum, nescio quo amore antiquitatis abreptos, plerumque majorem, quam veritas liquido postulabat, aetatem illis assignare, quod βιβλιοκαπήλοις pulchrius quam eruditae mercis aestimatoribus convenit. Literae sequioris aevi minores illae sunt, quibus jam vulgo Typographi utuntur. Est praeterea aliud Alphabetum Graecum, quo Latini post Caroli M. tempora usi sunt, cujus literae non ita regulares sunt, imprimis vero a & t & y ad formam Latinam inflectuntur.

5. In libris priori scriptura exaratis, *Accentus* & *Spiritus* ut & *distinctiones vocum* plerumque desunt. Nostram non facimus de aetate accentuum & Spirituum controversiam, de vulgari saltem eorum usu in MSS. loquimur: unum vidimus fragmentum Cap. sequenti describendum, & Profetarum Codicem Marechalianum ex vetustioribus, cui hae notae adspersae fuerunt, in ceteris omnibus, quos tractavimus, vix uni aut alteri voci similes notae apponuntur: at mediae antiquitatis Codices omnes, licet imperite satis haud raro, appositas easdem notas exhibent.

6. *Orthographiae* ratio in veteribus fere eadem est, ab hodierna autem nonnihil recedit, scribunt enim τέσσερα, τεσσεράκοντα, ἐλεθρεύειν, διαβέννει, φθάννει, ἀποκτεννόντων, λημφθεὶς, λημφθήσομαι, ἐραυνᾶτε, ἠδύναντο, ηὐλόγησεν, ηὗρεν, ἔχθες, ἐπροφήτευον, συνκαταμίγνυμι, ἐνπνέον, συνπροπέμψαι, ἐνκαλοῦμαι. οὕτως & ἐγέννησεν non οὕτω & ἐγέννησε, etiam ubi sequitur Consona. „ Literae ι. & υ. quando alteri vocali non junguntur, nec diphthongum efficiunt, punctis superne notantur ϊ ϋ. Palaeogr. 3. Γνοι & παραδοι pro γνῷ & παραδῷ scribitur, ut in veteri columna ἐν τοι πολεμοι, antequam ὠμέγα advectum esset, quatuor ante Christum seculis. Palaeogr. p. 138.

7. Etiam vetustissimi quasdam voces in *Compendio* scribunt, ita ut primam tantum atque ultimam, interdum & mediam literam, pro integra voce ponant, lineaque superducta tegant, ut $\overline{\theta c}$, $\overline{\kappa c}$, $\overline{\iota c}$, $\overline{\chi c}$, $\overline{\upsilon\sigma}$, $\overline{\sigma\eta\rho}$, $\overline{\iota\eta\lambda}$ vel $\overline{\iota\sigma\lambda}$, $\overline{\iota\lambda\eta\mu}$, $\overline{\pi\rho\alpha}$, $\overline{\mu\rho\alpha}$, $\overline{\Delta\alpha\delta}$, pro Θεὸς, Κύριος, Ιησοῦς, Χριστὸς, υἱὸς, Σωτὴρ,

Ἰσραηλ, Ἱερουσαλὴμ, πατέρα, μητέρα, Δαυὶδ. Quod ex Judaeorum ſcribendi conſuetudine vel a LXX. Interpretibus vel ab Origene in Codices V. atque inde etiam N. T. & ſcripta Patrum derivatum eſſe puto. Ideo autem notari debet, ut pateat, quam facile acciderit, ut vocabula Θεὸς, Χριςὸς, & Κύριος, cum aliis permutarentur, quod Virum eruditiſſimum J. Pearſonium miror latuiſſe, quandoquidem in explicatione Symboli Apoſtolorum de loco I. Tim. III. 16. contra Hincmarum excipit; „ unius li- „ teræ mutatione ex ὃς non poſſe fieri Θεὸς: imo vero nonniſi tenuiſſima lineola requiritur ut ex ΟϹ fiat ΘϹ id eſt Θεὸς. Ex hoc fonte manavit, quod Geneſ. XLIV. 2. in Aldina Editione legitur, οἱ ἄνθρωποι αὐτῶν pro οἱ ὄνοι αὐτῶν, nimirum promta erat aberratio, ut α pro ο librarius ſcriberet, unde pro ὄνοι factum eſt ἄνοι i. e. ἄνθρωποι. Hinc etiam eſt, quod Luc. II. 38. pro Ἱερουσαλὴμ legitur Ἰσραὴλ i. e. ιηλ pro ιλημ. & Actor. XIII. 23. σωτηρίαν pro σωτῆρα Ἰησοῦν h. e. σριαν pro σρα ιν. Sed & alia cauſſa eſt, quae me movebat, ut haec ſcripturae Compendia notarem, ne quis cum Beza & Gomaro aliiſque, quoties difficultas aliqua occurrit, ad neſcio quae commentitia compendia confugere licere exiſtimet, ut quum ιριου pro Ἱερεμίου, Ζριου pro Ζαχαρίου, κω pro Καιρῷ, απολοις pro ἀποςόλοις, Μαν pro Μανασσῆ ſcriptum fuiſſe conjiciunt; quod quid aliud eſt, quam ex ſcriptura naſum cereum facere? Illud enim teſtari poſſum, talia compendia ne quidem in junioris aevi Codice ullo nedum in Vetuſtioribus usquam repertum iri.

8. Ad Compendia ſcriptionis refero, quod Codices Veteres, quos imitatur Coptica & Gothica Verſio, *numeros* literarum notis perpetuo fere exprimere ſoleant. Diſcedit quidem in alia omnia Millius, quando de his numeris agens „ Compendia, inquit, ſcriptionis in genere quod „ ſpectat, non eſt quod Apoſtolis ea tribuamus, quorum erat Codices „ ſacros aperte clare accuratiſſime deſcriptos tradere; imo nec Apoſtolicis temporibus, in Exemplarium deſcriptione procul dubio ſumme „ curioſis: ſed omnino ſcribis poſterioribus quibusdam, qui ſacra haec „ ſine Religione tractantes id ſibi juris ſumebant, ut integras voces ſubinde notulis, ſubinde una vel altera litera adumbrarent, in Jo. XIX. „ 14. & Marc. XV. 25. Cum credi omnino par ſit, Apoſtolorum autographa quoad ſingulas quasque vocum literas integre clare accuratiſſime fuiſſe ſcripta; quod idem de Apographis ſub id aevum exaratis „ dictum velim: necdum enim, imo ne quidem niſi poſt alterum, tertium „ itemque quartum forte ſeculum contractiones & Compendia ſcriptionis iſthaec induxerat ſcribarum inertia & feſtinatio.

Sed profecto non temere cuipiam perſuaſerit, Apoſtolos, qui ἰδιῶται ἐν λόγῳ fuerunt, καλλιγραφίας fuiſſe ſtudioſiſſimos; quidni enim multo majo-

majorem curam Orationi suae impendissent, ut quam emendatissime & inprimis aperte ac perspicue loquerentur? Sed satis constat, locutos fuisse ac scripsisse, ut tum vulgo usus ferebat, neque jam nostrum est, de ipsorum consuetudine multum disputare.

Quod vero Millius a necessitate τῆς ὀρθογραφίας in Apostolorum scriptis argumentum petit, cur per notas nulla vocabula omnino ac ne numeralia quidem scripserint, id ejusmodi est, ut non debuisse scribere omnino eadem ratione probare ipsi liceat; siquidem quocunque modo scriberent, præstare non potuerunt, ne descriptores minus diligentes ab ipsorum scribendi ratione mox discederent, & haud raro etiam aberrarent.

„ Ipsorum fuit, aperte clare accuratissime descriptos Codices tradere, „ ergo non per notas". Quid ita? Cum scriptio per notas aliquando sit apertior clarior & accuratior altera; Cujus rei exemplum insigne habemus Act. X. 30. ubi pro eo quod nos legimus ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας Codex Cantabrigiensis legit ἀπὸ τῆς τρίτης, cujus variationis alia non videtur fuisse ratio, quam similitudo literarum τῆς τρίτης & τετάρτης, qua descriptor deceptus est, qui non ita facile in literis Γ & Δ aberrare potuisset. In eodem Codice Matth. XX. 5. ἑνδεκάτην legebatur pro ἐννάτης, quæ voces sibi valde affines sunt, cum inter numeros ια. & θ. nulla similitudo intercedat. Ex hoc fonte Lutherus Act. XIII. 20. pro τετρακοσίοις voluit legendum esse τριακοσίοις, & Musculus in 1 Cor. X. 8. pro εἴκοσι τρεῖς legit εἴκοσι τέσσαρες. „ Suspicor, inquit, per abbreviationem sive ab ipso A„ postolo sive ab antiquario aliquo scriptum fuisse εἴκοσι τρς pro εἴκοσι τέσ„ σαρες, eamque postea abbreviationem per negligentiores mutatam esse „ in numerum istum εἴκοσι τρεῖς, ac versum a Latino Interprete viginti „ tria. Non affirmo, sed quod suspicor, cum pace aliorum simpliciter „ annoto.

Discussis jam iis, quas contra antiquitatem horum Compendiorum Millius proposuit, rationibus, auctoritati ipsius auctoritates veterum opponimus, qui sine dubio optime norant seculi sui i. e. II. III. IV. ad paulo superioris aetatis scribendi consuetudinem, & omnes expressis verbis testantur, compendia ista in usu fuisse. Primus sit Irenaeus, qui Lib. V. 30. de numero 666. ita loquitur: „ His autem sic se habentibus, & in omni„ bus antiquis & probatissimis & veteribus scripturis numero hoc posito „ secundum Graecorum computationem *per Literas*, ignoro quomodo „ erraverunt quidam, sequentes idiotismum, & medium frustrantes nu„ merum nominis, 50. numeros deducentes, pro sex decadis unam de„ cadem volentes esse. Hoc autem arbitror scriptorum peccatum fuisse, „ ut solet fieri, quoniam & *per Literas* numeri ponuntur, facile literam „ Graecam, quæ 60. enunciat numerum, in jota Graecorum literam ex„ pensam.

Secundum teſtem producimus Euſebium Cæſarienſem, qui apparentem Euangeliſtarum diſſenſum circa horam crucifixionis ita tollit: καὶ φησι γραφικὸν εἶναι τοῦτο σφάλμα, παρορᾳθὲν παρὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπογραψαμένων τὰ εὐαγγέλια. τοῦ μὲν γὰρ Γάμμα στοιχείου τὴν τρίτην ὥραν σημαίνοντος, τοῦ δὲ ἐπισήμου τὴν ἕκτην, καὶ πολλὴν ἐμφέρειαν ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους τούτων τῶν χαρακτήρων, κατὰ πλάνην τὸ Γ. στοιχεῖον τὸ τῆς τρίτης ὥρας δηλωτικὸν, κυρτωθείσης τῆς ἀποτεταμένης εἰς μῆκος εὐθείας, εἰς τὴν τοῦ ἐπισήμου μεταχωρῆσαι σημασίαν, τοῦ τῆς ἕκτης ὥρας δηλωτικοῦ. „ Librariorum, ait, hunc errorem eſſe, ex negligentia eorum, qui initio Euangelia deſcripſerunt, ortum. Cum enim litera gamma, tertiam „ horam, epiſemum vero ſextam ſignificet, & duae iſtae literae ſibi invi- „ cem valde ſint ſimiles, literam Γ. tertiam horam ſignificantem, recta „ in altum producta incurvata, iſta aberratione figuram epiſemi ſextam „ horam ſignificantis induiſſe". Cui ſententiae ſubſcribunt ex Graecis Severus Antiochenus, Ammonius Alexandrinus, & Theophylactus, ex Latinis Hieronymus, ex recentioribus poſt Lutherum plurimi. Quid quod Methodius in hac conſuetudine myſterium quærit? apud Photium Bibl. 237. τὸ λεγόμενον ὁμοιῶσθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ι. παρθένοις σημαίνειν βούλεται, τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος πάσας ἐπανῃρημένας, διὰ τὴν ἔμφασιν τοῦ ἰῶτα στοιχείου: „ quod dicitur regnum Cœlorum ſimile eſſe decem Vir- „ ginibus, ſignificat omnes eandem inſtituti viam ſuſcepiſſe, id enim fi- „ gura literæ *iota* innuit". Quomodo enim potuiſſet τοῦ ἰῶτα denarium exprimentis numerum mentionem facere, ſi non in Textu fuiſſet? Nec Eraſmus diſſentit, quum Apolog. ad Stunicam in Matth. XVIII. 24. inquit: „ Ego ſuſpicor, apud Veteres numeros notulis ſignari ſolitos.

Qui hoc in dubium vocat, doceat nos denique, unde factum ſit, quod Matth. XIX. 28. & Apocal. XXI. 12. & 16. alii Codices legant δώδεκα alii δεκαδύο, quod item Actor. XXV. 6. pro eo quod vulgo editum eſt ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, Veteres legerint, ἡμέρας οὐ πλείους ὀκτὼ ἢ δέκα, ſi hoc non ex compendio τοῦ ιβ. pro δώδεκα & η. pro ὀκτὼ ortum eſt?

Ex hoc fonte in editiones Clementis Alexandrini turpis error profluxit, cum enim ille Strom. 1. p. 239. in ſerie Regum Judæ Ἀσὰ μα. ἔτη, h. e. „ Regi Aſæ XLI. annos" tribueret, editores numeralium notarum ignari Regem ignotum Aſama in ſcenam produxerunt, cujus regni annos adhuc quaerunt.

9. Ubi novus liber incipit, quod ſemper fit in ſumma pagina, priores tres vel quatuor vel quinque lineae *minio* exaratae ſunt. Frontiſpicia librorum minio fuiſſe inſcripta Ovidius teſtatur, dum ait:

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur;

Ad hunc morem etiam Auguſtinus reſpicit c. Julianum 3: 13. ſcribens „ ipſum libri tui argumentum erubeſcendo convertetur in minium". Euſebius etiam numeros Canonum ſuorum in Margine Euangelii notavit διὰ κινναβάρεως, ut docet Epiſtola ad Carpianum. 10. Libri

10. Libri in plurimas Periodos, duos, tres aut plures Versus, in quos nostri Codices jam distributi sunt, comprehendentes, dividuntur.

Hae saepe incipiunt in eadem linea, ubi desiit prior periodus, unius vocabuli relicto intervallo, sequentis vero lineae litera prima paulum in margine excurrente & reliquis majore. In aliis autem, ubi minus parci chartae fuerunt librarii, post finitum *paragraphum* relinquitur vacuum spatium, & sequens paragraphus novam lineam incipit. In Codicibus secundi generis singuli paragraphi plerumque incipiunt, ubi Lectio Ecclesiastica incipiebat, primaque illa litera prominens non atramento sed caeruleo vel viridi vel alio mixto colore appicta est; unde saepe vel omissa omnino, vel in ejus locum alia ac debuit pictoris errore apposita est.

11. Omnes etiam vetustissimi Codices habent κεφάλαια & τίτλους *Eusebianos*, a prima manu, excepto Vaticano & Cantabrigiensi. Eosdem habet & Versio Coptica, uti in MSS. vidi, quod editor de industria suppressisse videtur, ne scilicet paulum „ dubitaremus versionem N. T. in „ Linguam Ægyptiam primis a Christo seculis scil. vel secundo vel tertii „ initio factam esse", ut ipse in praefatione asseruit; Eusebii enim tempora nos ad quartum seculum deducerent.

12. Paucissimi Codices sunt, qui *totum N. T.* complectuntur. Major pars IV. duntaxat Euangelia continet, quorum Lectio in Ecclesia fuerat frequentior: alii Acta tantum Apostolorum & Catholicas Epistolas; alii cum istis Paulinas etiam: paucissimi denique Apocalypsin continent. Hoc ideo dico, quoniam vidi vulgo in scholis Theologorum longe aberrasse eos, qui XVI. illos Codices, quibus R. Stephanus in sua Editione usum se profitetur, pro totidem integris totius N. T. Codicibus habuerunt. Unum etiam Codicem vidi, in quo in Euangeliis eadem Lectio expressa est, quae in Vetustissimis, in Actis vero & Epistolis longe diversa: cujus rei alia ratio vix reddi potest, quam quod prior pars ex Codice antiquo, posterior vero ex recentiore descripta fuerit.

13. Ex omnibus fere codicibus praesertim vetustioribus folia quaedam, imo & quaternio unus alterve vel temporum injuria vel hominum culpa *perierunt*. In Alexandrino Codice v. gr. desunt XXIV. priora Matthaei Capita; miror igitur, quid J. Friccio, viro alias in hoc studiorum genere cum laude versato, in mentem venerit, ut nuper publico scripto non vereretur asseverare, δοξολογίαν Orationis Dominicae etiam in isto Codice extare; nisi forte, quum in Millii Collectione Var. Lect. testimonium Codicis Alexandrini in loco Matth. VI. 13. desideraret, ex eo statim intulit, necessario cum Textu convenire. Et sane memini in Belgio audire Gallum quendam pro Concione dicentem, locum I. Jo. V. 7. in Codice Cantabrigiensi, qui Bezae fuit, extare, qui tamen sola IV. Euangelia cum Actis comprehendit.

14. Etiam

14. Etiam vetuſtiſſimi Codices plurimas habent *Correctiones.* Delebant autem, quae ſublata cupiebant, vel puncto cuilibet literae vocive delendae ſuperpoſito, vel obelo tenui illas transfigente a dextra ad ſiniſtram, vel quod peſſimum aeque atque frequentiſſimum eſt ſcalpello. Hinc eſt, quod prioribus literis eraſis, ſubſtitutae novae apparent; ita tamen ut prior ſcriptura in aliis ſub raſura adhuc legi poſſit, in aliis vero diſpareat. Caſſiodorus, Divinar. Lect. C. XV. integro, praecepta Emendationis ſcripturae, tradit, quorum iſtud non poſtremum eſt: „ Precor etiam „ vos, qui tamen emendare praeſumitis, ut ſuperadjectas literas, ita pul- „ cherrimas facere ſtudeatis, ut potius ab Antiquariis ſcriptae fuiſſe judi- „ centur.

Ceterum utut extra dubium ſit, Correctiones & lituras eſſe poſteriores, incertum tamen an ſemper ſint priori ſcriptura meliores, multo minus certum, an ad fidem aliorum Codicum eorumque antiquiorum, utrum item ab eadem an juniore manu profectae ſint? Nobis enim non contigit eſſe tam acutis, ut divinare queamus, quaenam manus hanc vel illam ſyllabam eraſerit.

15. Solebant etiam Librarii veterem ſcripturam *ſpongia* delere, & alia ſuperſcribere. Hoc non uni tantum literae aut voci contigit cujus rei veſtigia in Codice Cantabrigienſi extant, ſed integris etiam libris. Cautum quidem erat Canone 68. Concilii Quini Sexti περὶ τοῦ μὴ ἐξιέναι τίνι τῶν πάντων βιβλίων τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης διαφθείρειν. „ ne cui liceret, „ ex univerſis libris V. & N. T. quicquam corrumpere". Hoc tamen non obſtante Balſamon querelam eandem repetit. Τίνες δὲ αἰσχροκέρδειαν βιβλίων τῶν θείων γραφῶν ἐμπορευόμενοι ἀπήλειφον p. p. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς βιβλιοκαπήλους τοὺς ἀπαλείφοντας τὰς μεμβράνας τῶν θείων γραφῶν. „ Quidam turpis „ lucri gratia libros Scripturæ S. mercati deleverunt--- Nota haec propter „ Caupones librorum, qui membranas S. S. delent". Palaeographia p. 186. talium librorum mentionem facit; Tales ſunt in Bibliotheca Regia Codices 1905. & 2245. infra deſcribendi.

16. Aliquando integra folia in *Supplementum* deperditorum a juniori manu adſcripta inſeruntur. Quod notandum eſt, ne lector ſpecie majoris vetuſtatis decipiatur, quod a Beza atque Simonio factum eſt, qui talia aſſumenta ex Codice Cantabrigienſi & S. Germani pro genuinis venditarunt.

17. Notandum etiam eſt, ubi a prima vel ab alia manu hujus vel illius *feſti*, quo certa Euangelii aut Epiſtolae περικοπὴ legenda eſt, fit mentio; item ubi varia Nomina Urbium, Cœnobiorum, hominumque occurrunt: haec enim nos poſſunt deducere in notitiam vel temporis, quo ſcriptus fuit liber, vel loci, ubi uſibus publicis aut privatis inſerviit; in qua indagatione multum nos juvaret accuratior notitia tum inſtitutionis feſtorum Eccleſiaſti-

clesiasticorum, tum annorum, quibus hic vel ille, cujus mentio fit, Magistratum gessit.

18. Inprimis notandum, quis sit *possessor* alicujus Codicis & quis fuerit? ne quod saepius accidit, eundem testem pro tribus aut quatuor citemus. Qua in re Simonius Amelottium falſe ridet, qui Stephani Codicem primum, & Complutenſem, & Cardinalis Ximenii, & Ciſnerii & Alcalanum, pro totidem diverſis MSS. citaverit, cum non ſit niſi unica, eaque typis vulgata, Editio.

19. Scriptores Graeci interdum apponunt, quo *Anno* ſcriptus Codex fuerit: numerant autem a Mundi Ortu, ad Chriſti nativitatem annos 5508. & ita porro. Suſpicor tamen, alicubi numeros aut male poſitos aut male excerptos eſſe, ut Codex antiquior videretur.

CAPUT II.

Deſcriptio Veterum Codicum primae Claſſis.

I. AGmen ducat Codex *Alexandrinus* dictus, quem Alexandria Conſtantinopolim attulit Cyrillus Lucaris Patriarcha, & Carolo I. Regi Angliae per ejusdem apud Turcarum Imperatorem Legatum Thomam Roe dono dedit, in Bibliotheca Regia ad hunc usque diem religioſe cuſtoditum No. III. b. Codex eſt Veteris Novique Teſtamenti Graecus membranaceus in folio; ſingulae paginae duas exhibent Columnas, quarum ſingulae quinquagenis circiter conſtant lineis. Innotuit iſte Codex primo per Patricium Junium Bibliothecarium Uſſerio, Grotio, Hammondo, & per hos Pricaeo atque Curcellaeo; deinde ex eodem Alexander Huiſſus diligentius Variantes Lectiones collegit, & in Polyglottis Londinenſibus edidit; noviſſime etiam a Millio & poſt hunc, a me ipſo ſtudioſe cum editis collatus eſt.

Ceterum quaedam circa hunc Codicem monenda duximus, ac primum de Antiquitate ejus Inſcriptio Arabica hanc traditionem prae ſe fert „memorant, hunc librum ſcriptum fuiſſe manu Theclae martyris, addente „Cyrillo Lucari, prout ex traditione habemus, paulo poſt Concilium Nicaenum". At vero duae iſtae traditiones ſecum invicem pugnant; Thecla enim Protomartyr vixit tempore ipſius Apoſtoli Pauli, antequam Libri N. T. omnes ſcripti eſſent. Et licet Grabius ſibi viſus fuerit deprehen-

hendiſſe aliam Theclam, non quidem Martyrem, utpote quae ſub Imperatoribus Chriſtianis Gregorii Nazianzeni temporibus vixerit; accuratius tamen verba ab ipſo Grabio allata inſpicienti patebit, non intelligi Virginem ejus nominis tum viventem, ſed Monaſterium Virginum Seleuciae Protomartyri Theclae conſecratum: unde ad tale Monaſterium pertinuiſſe hunc Codicem conjecerunt veriſimili Opinione Waltonus, Hodius & Simonius; ut adeo ex iſta inſcriptione aetas Codicis nullo pacto deſignari queat.

Praefert hic Codex in V. T. Euſebii hypotheſes in Pſalmos, in Euangeliis vero ejusdem τίτλους & κεφάλαια. unde planum eſt, cum Euſebius Pamphilum & Origenem Magiſtros ſecutus ſit, ſomniaſſe illos, qui Editionem Luciani vel Heſychii in hoc Codice expreſſam ſcripſerunt, revera autem in V. T. eſſe hexaplarem Origenis Editionem, in Novo vero Euſebii. Quae propius determinant aetatem ejus haec ſunt, quod Pſalmis praefixa eſt una eademque manu Ἀθανασίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Μαρκελλῖνον, quod in fine Pſalmorum legitur, προσευχὴ Μαρίας τῆς θεοτόκου; quod denique Epiſtolarum ſubſcriptiones habet, ut πρὸς Κολλασσαεῖς ἀπὸ Ῥώμης, πρὸς Θεσσαλονικεῖς α. ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν. πρὸς Θεσσαλονικεῖς β. ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν, πρὸς Τιμόθεον α. ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, πρὸς Τιμόθεον β. ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, πρὸς Τίτον ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως. Quae omnia nos ad ſeculum VI. vel certe V. deducunt, in qua ſententia & plures alios cum Millio ſtare video. Sicut enim Archiepiſcopi appellatio vix ante tempora Cyrilli & Synodi Epheſinae uſitata fuit, ita nec τῆς θεοτόκου ante Neſtorium.

Neque hoc Argumentum a Grabio adeo infringitur, cum oſtendit Patres etiam Neſtorio antiquiores nonnullos B. Virgini hoc adjectum tribuiſſe: Doctores enim, præſertim qui declamandi ſtudio ducuntur, haud raro inuſitata quaedam vocabula proferunt, at virgo καλλίγραφος Cantico Eccleſiaſtico nunquam praefixiſſet alium titulum ac ſolennem & pervulgatum. Quod objicit porro Grabius, ſi iſte Codex poſt tempora Euthalii Diaconi exaratus fuiſſet, habiturum etiam titulos Capitum in Actis & Epiſtolis, ſicut habet titulos in Euangeliis, hoc plane non conſequitur, quia auctoritas Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi & utilitas Canonum ejus in priſca Eccleſia longe major fuit quam Euthalii Diaconi; id quod vel ex eo liquet, quod plerique omnes MSS. Codices cum vetuſtiores tum juniores conſtanter Titulos Euſebianos appoſitos habent, Euthaliana vero partitio in pauciſſimis occurrit. Hactenus de Antiquitate.

Diſpiciendum nunc eſt etiam de Integritate Codicis quid ſentiendum ſit? Ac 1.) truncatus eſt Capite usque ad Matthaei Cap. XXV. 6. ὁ νυμφίος ἔρχεται. Deinde mutilatus a Jo. VI. 50. ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ ad VIII. 52. οἱ προφῆται καὶ σύ. denique & a II. Cor. IV. 13. ἐπίστευσα ad XII. 7.

2.) plu-

2.) plurimae in eo ſane occurrunt lectiones prorſus abſurdae & falſae, quod conferentibus Varias Lectiones editas non poterit non liquere. Neque mirandi cauſa eſt, ſi in tam longo Opere librarii fortaſſis indocti hinc inde manus aberravit; multique errores etiam de induſtria relicti fuerunt, ne liber ſcilicet numeroſioribus lituris foedaretur. Cujusmodi error manifeſtus eſt in numeris Pſalmorum, cum enim ad Pſalmum LXXVI. retuliſſet quod ad LXXVII. pertinebat, & errorem per ſequentes Pſalmos usque ad XCIII. continuaſſet, tum demum errore deprehenſo, cum nollet numeros ſcriptos delere vel corrigere, Pſalmis duobus eundem numerum adſcripſit, ut in ordinem rediret. 3.) Imperitior fuit Librarius, vel ut cum aliis ſuſpicor libraria femina; paſſim enim confundit αι & ε, ει & ι, οι & υ, ὼ & ο. quod a doctis & orthographiae gnaris toties fieri non potuit. Tantum de Codice Alexandrino.

II. Codex eſt in Bibliotheca Regis Galliarum numero 1905. olim Nicolai Rodulfi Cardinalis, ad quem aliquot Sadoleti exſtant Epiſtolae, continet S. Ephrem Syri varia Opuſcula Graeca, ſub quibus in eadem membrana atramento flaveſcente aut potius ſpongia deleto latent inſignia fragmenta V. & N. T. a Cel. Boivinio Bibliothecario R. primum detecta, ac Bernardo Lamy auctori Harmoniae Euangelicae, ut & Kuſtero, cum editionem N. T. Millianam iterum praelo ſubjiceret communicata, a me vero ſemel atque iterum multo accuratius collata. Singulae paginae ſingulas exhibent columnas; habet Τίτλους & Κεφάλαια Euſebii a prima manu. Plurimas etiam recepit Correctiones ſuper voces eraſas in textu & principia Ἀναγνωσμάτων in margine; ſed alia manu ita imperita, ut facile a priori diſcerni poſſit. Negligentiae Deſcriptoris exempla ſunt rariora, occurrit tamen notabile Apoc. X. 10. ubi, cum poſt voces καὶ ὅτε ſequentia eſſent addenda, librarius aberrante oculo rediit ad Cap. VIII. 1. καὶ ὅτε ἤνοιξε &c. ac poſt quatuor demum verſus deſcriptos errorem ſuum deprehendit, inde perrexit verſu 3. Capitis XI. perperam vero ſcripta corrigere neglexit, haud dubie ne litura apparens vitium Codicis proderet. Folia habet 209. ex quibus 62. nullo ordine quidem debito ſeſe excipientia, ſed temere compoſita continent fragmenta ex Jobo, Proverbiis, Eccleſiaſte, Cantico, Sapientia & Siracide στιχηρῶς ſcripta. Reliqua pari modo confuſa exhibent partem N. T. quorum laterculus licet aliquot locis vitioſus in ipſius Codicis frontiſpicio extat.

Deficit iſte Codex in

Matth. V. 15.	ad	VII. 5.
XVII. 27.	—	XVIII. 28.
XXII. 21.	—	XXIII. 17.
XXIV. 10.	—	— 45.
XXV. 30.	—	XXVI. 22.
XXVII. 11.	—	— 46.
XXVIII. 15.	—	Marc. I. 17.
Marc. VI. 32.	—	VIII. 15.
XII. 30.	—	XIII. 18.
Luc. II. 6.	—	— 42.
III. 21.	—	IV. 25.
VI. 4.	—	— 36.
VII. 17.	—	VIII. 28.
XII. 4.	—	XIX. 42.
XX. 28.	—	XXI. 20.
XXII. 20.	—	XXIII. 25.
XXIV. 7.	—	— 45.
Joann. I. 42.	—	III. 32.
V. 17.	—	VI. 37.
VII. 3.	—	VIII. 34.
IX. 11.	—	XI. 7.
XI. 47.	—	XIII. 8.
XIV. 8.	—	XVI. 21.
XVIII. 36.	—	XX. 25.
Actor. IV. 3.	—	V. 34.
X. 43.	—	XIII. 1.
XVI. 36.	ad	XX. 10.
XXI. 31.	—	XXII. 20.
XXIII. 18.	—	XXIV. 14.
XXVI. 20.	—	XXVII. 16.
XXVIII. 5.	—	fin.
Jac. IV. 3.	—	fin.
I. Pet. IV. 5.	—	fin.
I. Jo. IV. 3.	—	II. Jo.
Rom. II. 5.	—	III. 21.
IX. 6.	—	X. 14.
XI. 31.	—	XIII. 10.
I. Cor. VII. 18.	—	IX. 6.
XIII. 8.	—	XV. 40.
II. Cor. X. 9.	—	Gal. I. 20.
Eph. I.	—	II. 18.
IV. 17.	—	Phil. I. 22.
Philip. III. 5.	—	fin.
I. Theſſ. II. 9.	—	Hebr. II. 4.
Hebr. VII. 26.	—	IX. 15.
X. 24.	—	XI. 15.
I. Tim. I.	—	III. 9.
V. 20.	—	fin.
Apoc. III. 20.	—	V. 14.
VII. 14.	—	IX. 16.
XVI. 14.	—	XVIII. 2.
XIX. 10.	—	fin.

Quae ideo adnotavi, tum ne quis fruſtra in illo Codice quaereret, quae ibi non inveniuntur: tum ut perſpicaciores plura detegerent, ſaepe enim ob ſummam rei difficultatem voces obſoletas eruere atque aſſequi legendo non potui. *.

III. Codex Vaticanus Veteris Novique Teſtamenti. Volumen poſterius h. e. N. T. ita deſcribit Zacagnius Praef. ad Collect. Monum. p. 56
„ Euangelia nec titulos habent nec Capita Euſebianis Canonibus accom-
„ modata, ſed tantum rubras numerorum notas diviſionem quandam
„ Textus in ejus margine indicantes. Matthaeus enim habet numeros
„ CL. Marcus LXII. Lucas. CLII. Joannes LXXX. Acta Apoſt.
„ LXIX. Epiſtolae Jacobi IX. Petri prima VIII. Joannis prima XI. Ju-
„ dae II. Pauli autem Epiſtolae, licet una ſeorſim ab altera in iſto Co-
„ dice ſcriptae fuerint, propria tamen numeratione carent, quippe quae
„ non

„ non interrupta serie in earum marginibus numerorum notas habeant,
„ perinde ac si unum librum Paulinae omnes Epistolae conficerent; sunt
„ autem numeri XCIII. eo tamen ordine dispositi, ut in fine Epistolae
„ ad Galatas numerus LIX. collocetur, deinde numerus LXX. succedat
„ initio Epistolae ad Ephesios, omissis decem numeris, qui Epistolae ad
„ Hebraeos, post secundam ad Thessalonicenses Epistolam in eo Codice
„ positae, marginibus adscribuntur. Deest tamen in eodem Codice pars
„ postrema Epistolae ad Hebraeos a verbis scilicet ἀμωμον τῷ Θεῷ. Capitis
„ IX. vers. 14. ad finem cum aliis Pauli ad Timotheum, Titum, & Phi-
„ lemonem literis, totaque Apocalypsi, nonnullis scilicet quaternionibus
„ prae Codicis vetustate deperditis: unde quot praecise extiterint illae
„ Paulinarum Epistolarum Lectiones, & an Apocalypsis, si tamen in eo
„ Codice olim habebatur, in partes similiter dissecta fuerit, scire non
„ licet.

Qui curarunt Editionem LXX. Interpretum Romanam ante Hieronymi tempora scriptum putant; multa in eo reperiuntur manu recentiori emendata, ut Auctor Bibliothecae sacrae ex teste oculato, qui eum accurate ac diligenter examinaverit, comperisse se dicit, longe tamen pauciora quam in Alexandrino, ut ex alio teste fide digno didici. Saepe convenit cum veteri translatione Latina, unde post Erasmum, Simonius Milliusque judicarunt, eum a Latino Scriba exaratum, & ad Exemplar Latinum castigatum fuisse: quorum tamen judicio stare nollem; Erasmus enim, ut suis Codicibus (qui sane neque optimi neque antiquissimi erant) auctoritatem conciliaret, omnes alios suspectos reddere conatus est; Millius vero ac Simonius Erasmum, auctoritate viri permoti, nimis oscitanter ac temere secuti sunt, nec meminerunt ipsum in hac Controversia partes litigantis non judicis sustinuisse. Imo cum Vetus Testamentum hujus Codicis, consensu Eruditorum sit exemplar omnium praestantissimum atque accuratissimum, quodque cum Patrum Lectionibus mirifice congruat, non facile praesumendum est, partem posteriorem ejusdem Codicis, quae N. T. complectitur, adeo depravatam atque corruptam esse.

Primi istius Codicis mentionem faciunt Complutenses Prologo ad Leonem X. his Verbis: „ Graeca, inquiunt, Sanctitati tuae debemus, qui
„ ex ipsa Apostolica Bibliotheca antiquissimos tum V. tum N. T. Codi-
„ ces perquam humane ad nos misisti, qui nobis in hoc negotio maximo
„ fuerunt adjumento". Item in Praef. ad Lectorem. „Quod autem ad Grae-
„ cam Scripturam attinet, illud te non latere volumus, non vulgaria seu
„ temere oblata exemplaria fuisse huic nostrae editioni archetypa, sed
„ vetustissima simul & emendatissima, quae Sanctiss. D. N. Leo X. Pont.
„ Max. coeptis nostris aspirans, ex ipsa Apostolica Bibliotheca ad nos mi-
„ sit, tantae integritatis, ut nisi eis plena fides adhiberetur, reliqui nulli

„ esse videantur, quibus merito sit adhibenda". Haec Erasmus, ut molestam objectionem declinaret, ita explicuit Epist. 8. lib. 23. Ao. 1527. scripta, „ Cum exemplar eximiae vetustatis spectataeque fidei exhibitum „ esset Hispanis e Bibliotheca Vaticana, a qua jussi sunt non recedere, „ idem habebat ille Codex probatus, quod mei". Et in Capit. Argumentorum: „ Jam nunc quidam jactant, se trecenta loca annotasse ex Co- „ dice Pontificiae Bibliothecae, in quibus ille consonat cum nostra vul- „ gata Editione Latina, cum mea dissonat. Quod si nos urgent auctorita- „ te Vaticanae Bibliothecae, Codex, quem secutus est in N. T. Franci- „ scus Cardinalis quondam Toletanus, non modo fuit ejusdem Bibliothe- „ cae, verum etiam a Leone X. missus est, ut hoc veluti bonae fidei „ exemplar imitarentur. Atqui is pene per omnia consentit cum mea E- „ ditione, dissentiens ab eo, quem nunc quidam nobis objiciunt maju- „ sculis descriptum literis. Ab illo enim dissentiat oportet, si consentit „ cum vulgata Latinorum Editione". Millius id, quod de Pontificis voluntate, ut ad unius hujus Codicis Vaticani textum editionem expressam daret Ximenius, merito pro figmento habuit, attamen in omnes partes se vertit, ut commodam ei interpretationem inveniret, ideoque figmenta alia ex aliis produxit, longamque fabulam contexuit, ut ostenderet, quando Complutenses Vaticanum Codicem expresserint, & quando ab eodem discesserint; Quid quod & manifestissimos errores typographicos Editionis Complutensis ex ipso exemplari Vaticano descriptos perhibet? itaque tandem eo redactus fuit, ut assereret Codicem Vaticanum, de quo Complutenses loquuntur, alium plane esse atque eum, de quo nunc agimus; „ nosse poterunt, inquit, forte, quibus aditus ad archiva „ Bibliothecae Pontificiae, ibi enim latere credibile est Codicem istum": nobis interim dum e latebris suis commentitius iste Codex prodeat, licebit eum, qui supra descriptus est, quique ad id tempus, quantum doctis innotuit, unicus in Bibliotheca Vaticana fuerat, pro eodem illo habere, qui Complutensibus ad manus fuit.

Eundem Codicem describit Sepulveda lib. 1. Ep. 3. ad Erasmum A°. 1533. „ Est, inquit, Graecum exemplar antiquissimum in Bibliotheca Vaticana, „ in quo diligentissime & accuratissime literis majusculis conscriptum u- „ trumque Testamentum continetur longe diversum a vulgatis exempla- „ ribus.— Hoc autem Exemplar omnium esse emendatissimum cum ejus „ antiquitas declarat & librarii diligentia, tum quod multum convenit cum „ veteri nostra translatione, quae dubitari non debet, quin ex emendatissimo „ quoque exemplari conversa atque tradita nobis sit a majoribus. Cum „ igitur ad illius exemplaris fidem & quasi normam caeteri libri sint emen- „ dandi ac dirigendi, quid opus facto sit, ipse considerabis". Antea jam Paulus Bombasius rogatu Erasmi istum Codicem consuluerat, qua de

re

re A°. 1521. ita scribit: „ Epistolam Joannis primam vetustissimis Characteribus scriptam in Vaticana Bibliotheca tandem reperi, cujus versus „ Capituli quarti sunt &c. item ex quinto &c. Haec in quibus ab impressis codicibus dissideant, non est quod a me docearis. Si quid erit, in „ quo judicium meum exquires, non tam in his quam in plerisque aliis, „ super quibus doctorum altercatio est, nihil tecum dissimulanter vel „ mussitabunde agam, sed ut me nosti parrhesiastes ero". Epistolar. Eras. l. 17. ep. 13. quo testimonio adversus Stunicam Erasmus usus est: „ Codex, inquit, vetustissimus in Vaticana Bibliotheca summi Pontificis „ non habet testimonium triplex in coelo, nimirum nobiscum faciens, „ nam Paulus Bombasius consulto libro locum mihi descripsit ad verbum". Ea autem erat Codicis istius fama, ut Bibliander Thomae Blaurero scriberet: „promisi pecuniam quantam libet pro Exemplari Graeco ex Vaticana Bibliotheca evidentissimo. Cujus mihi spem quidam optimi Viri „ injecerunt"; Hottinger. Bibliothecar. p. 97. Istum Codicem Wernerus Noviomagus Atrebatensis Collegii praeses cum edito contulit, quo se usum mirumque in modum adjutum fatetur Lucas Brugensis. Eundem etiam Agellius notis in Cyrillum & Maldonatus in Commentariis citat: licet variis indiciis constet, hunc Codicem nondum satis accurate cum editis collatum fuisse.

IV. Codex Bibliothecae Coislianae 202. constans foliis 14. complectens fragmenta ex Epistolis Pauli

I. Cor.	X. 23.	—	29.
—	XI. 9.	—	16.
Galat.	I. 4.	—	10.
—	II. 9.	—	14.
Hebr.	II. 11.	—	16.
—	III. 13.	—	18.
—	IV. 12.	—	15.
I. Tim.	III. 7.	—	13.
Tit.	I 1.	—	3.
—	15.	II.	5.
—	III. 13.	—	fin.

Hic collatus fuit cum Codice Pamphili Martyris, qui in Bibliotheca Caesariensi extabat, quod indicavit librarius his verbis: ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν Καισαρίᾳ ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου, χειρὶ γεγραμμένον αὐτοῦ; nimirum antequam Caesarea funditus everteretur, quod contigit ante medium seculi VII. Postea translatus est in Monasterium S. Athanasii, quod est in monte Atho, ubi compage soluta folia ejus aliis libris tegendis adhibita sunt Ao. 1218. quae folia una cum ipsis libris per Monachum

chum quendam ejus Monasterii Bibliothecae P. Seguerii Cancellarii Galliae illata, ibique a D. Bernardo de Montfaucon cum Catalogum illius Bibliothecae scriberet detecta, mihi pro summa Viri humanitate ut alia ejusdem Bibliothecae κειμήλια commonstrata sunt. Character literarum multo major est quam in praecedentibus Codicibus, ita ut non nisi 16. lineae & vix quatuor versus paginam impleant: literae vetustate evanescentes postea novo atramento incrustatae sunt, quod etiam de accentibus atque spiritibus negantibus aliis nos affirmamus.

Habet iste Codex ἔκθεσιν κεφαλαίων singulis Epistolis praefixam, item & Testimonia ex V. T. ad marginem notata, textus vero στιχηρῶς scriptus est, cujus audaciae veniam petit librarius, ἔγραψα καὶ ἐξεθέμην κατὰ δύναμιν στιχηρὸν τόδε τὸ τεῦχος· πρὸς ἐγγραμμὸν καὶ εὐκατάλημπτον ἀνάγνωσιν τῶν καθ' ἡμᾶς ἀδελφῶν, παρ' ὧν ἁπάντων τόλμης συγγνώμην αἰτῶ. Quae omnia cum prologo Epistolarum Pauli edito nec non cum Prologis MSS. Actorum & Catholicarum comparanti, planum est, hoc fragmentum esse partem editionis Euthalii Diaconi, quam adornavit post medium Sec. V. de qua suo loco fusius agetur. *.

V. Codex Bibl. Coisl. 1. continet Octateuchum & IV. libros Regum Seculi VII. in eo vidi locum Actor. IX. 24. 25. adscriptum eadem manu, qua Codex exaratus est, eumque cum editis contuli. *.

VI. Codex Bibliothecae Cottonianae notatus Tit. C. 15. continet quatuor tantum fragmenta seu folia

Matth.	XXVI.	57. — 65.
——	XXVII.	26. — 34.
Joann.	XIV.	2. — 10.
——	XV.	15. — 22.

in charta Aegyptiaca purpurei coloris literae videntur primo flavae fuisse, postea de novo atramento illitae; margini adscripti sunt Canonum Eusebianorum numeri, in textu vero hinc inde Correctiones occurrunt. *.

VII. Codex 2. Bibliothecae Caesareae, membranaceus, purpureus aureis & argenteis literis majusculis absque accentibus exaratus, constat foliis 26. quorum 24. prioribus continentur fragmenta Geneseos exornata 48. picturis, ex quibus etiam de Antiquitate Codicis judicium ferri potest: posteriora duo folia melius conservata magisque legibilia sunt, quam praecedentia, carent autem picturis, & unaquaeque pagina in duas columnas divisa est. Primo continetur Lucae XXIV. 13. — 21.
Secundo —— —— 39. — 49.

vers 13. pro σταδίους ἑξήκοντα scriptum est σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα quem manifestum errorem etiam ille ipse, cujus manu codex ille olim exaratus est, agnovit, ideoque singulis vocis ἑκατὸν literis singula superne imposuit argentea

gentea puncta, ut hac ratione significaret simul ac moneret, totam illam vocem delendam esse tanquam superfluam. Lambecius de Bibl. Caes. l. 3.

VIII. Codex Joannis Ravii, Professoris Upsaliensis, totius Novi Testamenti, membranaceus, literis uncialibus absque accentuum notis exaratus, quem ille, uti fama est, ducentis imperialibus emtum ex Oriente attulit; et Seren. Electoris Brandeburgici Bibliothecae consecravit, referente Jo. Sauberto p. 61. Prolegom. in Matthaeum, qui etiam istius Codicis Variantes Lectiones ad Matthaeum edidit; Dn. vero de la Croze hoc tempore Regis Borussiae Bibliothecarius, & in isto studiorum genere multo versatissimus, Codice hoc diligentius excusso deprehendit, vix centum annorum esse, & ab impostore quopiam ex editione Complutensi descriptum, adeo ut qui Codicem Complutensem vidit, etiam MS. istum Codicem viderit, ne demtis quidem mendis Typographorum. Sane non in Oriente scriptum esse ex ipso Sauberto apparet, qui notavit, in hoc Codice scribi ωβηλ, Cαλωκ, απολως, pro ωβηδ, σαλωκ, αποδως, & literam Δ lineola inferiori transversa saepe destitui; quod Graeco homini accidere non potuit.

C A P U T III.

Descriptio Veterum Codicum secundae Classis.

I. Codex Basiliensis IV. Euangeliorum. Hunc Joannes de Ragusio auctoritate Concilii Basiliensis ad Graecos legatus missus postea a Felice Papa creatus Cardinalis S. Sixti, cum multis aliis Bibliothecae Coenobii Praedicatorum Basileae testamento legavit, unde A°. 1559 in Bibliothecam publicam transiit. Eodem usus est Polanus in adornanda Versione Germanica, ac jam ante Seculum ad mille annorum vetustatem assurgere creditus est, quod judicium sicut a J. J. Buxtorfio Bibliothecario (nequaquam vero, ut perhibet auctor, Bibliothecae Sacrae possessore) acceperat, collaudata humanitate ejus retulisse Mabillonius videtur Itin. Germ. p. 18. Vett. Analect. T. 4.

De isto Codice σεσοφισμένον μῦθον nobis narrat Millius Prolegom. p. 111. „Erasmus, inquit, in Euangeliis unum fere secutus est exemplar, illud dico, „ quod suppeditavit ipsi Monasterium Praedicatorum Basileae. Depravatissimum nescio qua de causa vocat Leus: mihi qui V. istius ipsius

„ Codicis Lectiones Cl. Joannis [Jacobi] Battierii Graecarum Literarum
„ in inclyta urbe Basilea Professoris longe Doctissimi beneficio, jam an-
„ te annos quatuordecim nactus sum, aliud omnino videtur statuendum.
„ Ex Lectionibus Variantibus aliisque quibusdam indiciis satis certo com-
„ peri, ipsissimum illud exemplar fuisse, quod in Monasterio supra dicto
„ delituit, jam autem in Bibliotheca Basiliensi repositum est. Ante de-
„ cem Secula exaratum censet Battierius. Characteres ejus sunt grandi-
„ ores & quadrati, & quod ex specimine characterum una cum variis
„ Lectionibus ad nos misso apparet, Alexandrini Codicis nostri literis
„ plane similes, ut proinde probabile sit librum ad istam aetatem assurge-
„ re. * Hunc expressit Erasmus in plurimis; delectu tamen ex aliis
„ MSS. quos pridem versaverat, & ex quibus Lectiones, quae pro-
„ batiores ipsi videbantur in hunc usum excerpserat, haud raro habito,
„ & ad istorum fidem repositis lectionibus, quae a Textu Basileensis hujus
„ discreparunt. Collato cum istius MS. codicis Textu Erasmico illud fe-
„ re deprehendimus, Erasmum ab hoc Codice deflexisse 68. circiter in
„ locis recte & ex auctoritate veterum librorum, qui in istis locis germa-
„ nam Euangelistarum scripturam exhibent, locis autem plus minus 57.
„ recessisse ab hoc exemplari perperam, nec citra lectionis germanae
„ jacturam.

Quod si vero mihi candide & simpliciter quid sentiam, & quid veri vis fateri cogat, expromere fas est, tot fere errores in Milliana Crisi deprehendo, quot verba sunt. Nam 1. quid de Erasmi opera judicandum sit, infra videbimus, ubi de ea re ex professo agetur, nunc tantum animadvertere lectorem velim, quam parum Millius in hoc judicio sibi constet, qui eadem pagina hoc opus Erasmi ait praecipitatum fuisse; 2. vanum omnino est, Erasmum istum Codicem vel vidisse, ac consuluisse, cum N. T. editionem curaret, siquidem nullum ejus rei apparet vestigium, & in recensione Codicum, quibus Erasmus usus est, manifeste omittitur atque excluditur, ut suo loco ostendemus. 3. Tantum abest, ut Characteres hujus Codicis sint literis Alexandrini Codicis plane similes, ut vix duas literas similes reperire liceat; noster ubique habet accentus & spiritus a prima manu, distinctiones item majores & minores, & in his signum Crucis, quibus Alexandrinus caret, quod jam per se solum ingens inducit aetatis utriusque intervallum; Alexandrinus porro Codex totus scriptus est Charactere rotundo & aequabili, iste vero potius picturae sapit argutias, siquidem singulae literae apices suos habeant, & quasi basi cuidam insistant, id quod praecipue in litera δ. deprehendes, ut & in istis β. γ. ε. ζ. ξ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. Literae vero ε. θ. & ο. non ut in Alexandrino rotundae, sed formae oblongae fere apparent. Constat 40. quaternionibus in

octavo

* Codex, ut ex Variationibus ejus assequor, probatae fidei est & bonae notae.

octavo majori; Luc. I. 69. ad II. 4. iterum inſertum eſt folium aliena manu ſcriptum in locum veteris deperditi, a Cap. III. 4. ad 15. deficit, a XII. 58. ad XIII. 12. inſertum eſt folium alia manu ſcriptum, itemque a XV. 8. ad 20. ac rurſus deficit a XXIV. 47. folio uno abſciſſo. In fine τίτλων Marci & Joannis manu recenti adſcripta eſt pericope ex III. & IV. Capite Apocalypſeos. Scriptus eſt in uſum Eccleſiae alicujus, cui etiam inſerviit, ut ex variis indiciis conſtat, habet ἀναγνώσεις margini annotatas εἰς ἑκάστην παννυχίδα τῆς ἁγίας θεοτόκου, εἰς τὸ γενέσιον τῆς ἁγίας θεοτόκου, εἰς ὕψωσιν τοῦ ἁγίου σταυροῦ, εἰς τὴν μεταμόρφωσιν, εἰς τὴν εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ προδρόμου τοῦ Κυρίου, τοῦ ἁγίου Διονυσίου. item τῶν ἁγίων πάντων & εἰς τὴν μνήμην Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, quae duo poſtrema feſta alia manu indicantur. Videntur autem a Conſtantino Porphyrogenneta & Helena uxore fuiſſe inſtituta, quod conjicio ex ceremoniali ipſius, cujus capita a J. A. Fabricio Cap. V. Lib. V. Bibliothecae Graecae ex Bibliotheca Uffenbachiana edita ſunt, ibi enim poſtquam feſta antiqua & ſolennia libro primo enarrata fuiſſent, libro demum ſecundo alieno loco notatur ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὡς τανῦν ἐπιτελεῖται ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐτήσιος μνήμη, cui jungitur, ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων πάντων. Quod ad Orthographiam attinet confundit frequentiſſime ε & αι. item ει, ι, η. ω & ο. οι & υ. κλαθμός ſcribit pro κλαυθμὸς; itaque pedibus concedo in ſententiam J. R. Wetſtenii, cujus ejusmodi de hoc Codice judicium eſt de L. Gr. pronunciat. p. 170. „ Inſigne σφάλμα (Jo. XX. 26.) in voce καικλησμένων pro κεκλεισμένων occurrit, „ quae turpiſſimae hallucinationes mihi perſuadent, ſcriptori ignariſſimo & „ nil niſi literas formare edocto textum dictatum fuiſſe; itaque ſonum „ tantum, non Orthographiam attendentem tam ſaepe & ridicule aberraſſe". Hanc imperitiam librarii etiam oſtendit, quod locis Matth. XVI. 2. 3. Luc. XXII. 43. 44. Jo. VIII. 1—11. olim ſuſpectis, minio aſteriſcos praepoſuit, aſteriſci ſignum cum obelo manifeſte confundens. Exhibet etiam Codex iſte ea, quae in vetuſtiſſimis non reperiuntur; quibus omnibus adducor, ut credam ipſum ſeculo X. non eſſe antiquiorem. *.

II. Codex Bibliothecae Regiae 2861. IV. Euangeliorum. Singulae paginae in duas Columnas diviſae ſunt, deficit in Matth. IV. 21. — V. 14.
XXVIII. 17. — fin.
Joann. XXI. 15. — fin.

in fine haec nota librarii vel poſſeſſoris reperitur αφηναν ὁ γεοργιος του Λιασκέβιτη; feſtinanter contuli, ſed multo tamen accuratius Stephano, qui iſtum Codicem in ſua Editione ſignavit nota η. „ Dicendum eſt omnino, „ inquit Millius, de hoc Codice, eum eſſe πονηροῦ κόμματος, hujus ſiquidem tot fere Lectiones reprobavit, ac in marginem rejecit Stephanus, „ quot ipſius Codicis β". in quibus me minime adſentientem habet, imo

cum Stephanus vix centeſimam partem Variationum annotaverit, cumque Editionem Complutenſem & Eraſmianam huic omnium quibus uſus eſt antiquiſſimo praetulerit, palam inde fit, ipſum negligenter admodum & contra praecepta Artis Criticae in iſto negotio fuiſſe verſatum; adeoque regulam Lesbiam nobis proponere, qui poſt ipſum relictis veteribus Codicibus ad auctoritatem Editorum, qui officinis Typographicis praefuerunt, nos ablegant. *.

III. Codex Bibl. Reg. 2243. quem Franciſcus des Champs Abbas de Signi obtulit. Continet IV. Euangelia. Conſpiciuntur hinc inde in iſto Codice inſcriptiones Moſcoviticae & Arabicae, teſte Palaeogr. p. 260. Varias ex eo Lectiones edidit Kuſterus. Lubenter ſubſcribimus judicio Montfalconii, qui Codicem hunc ad ſeculum X. refert.

IV. Codex Colbertinus 5149. ex Cypro inſula advectus Ao. 1673. Complectitur IV. Euangelia; pro aede S. Eutychii deſcriptum fuiſſe haec docet nota in Palaeogr. obſervata: Ἐγράφη δὲ ἡ δέλτος διὰ χειρὸς α. . . . ζου. . . . . καὶ ἐκεφαλεώθη. . . . προσδέξη ταύτην ἡ ἁγία θεοτόκος καὶ ὁ ἅγιος Εὐτύχιος. Illum Seculo X. adſcribit Simonius, qui etiam V. L. excerpſit, quae Editioni Millianae inſertae ſunt.

V. Codex Colbertinus 700. continens Euangeliſtarium; prima pagina literis aureis ſcripta eſt, verſusque quosdam, ut vocant, politicos praefixos exhibet, confuſae ſunt literae non tantum αι & υ. ει & ι. ſed etiam η & ι. Ab octavo eſſe ſeculo exiſtimat Cl. Auctor Palaeogr. Gr. p. 228. quinetiam alibi p. 4. ad ſeptimum promovet; mihi vero non videtur modo deſcriptis aetate prior; arguta enim illa & affectata literarum pictura clamat ſane ea aetate fuiſſe ſcriptum, qua literarum ſimplicium notae in deſuetudinem venerant: Accedit, quod & mentio fiat in eodem Codice feſtorum, quae ſeculo VIII. nondum inſtituta ac ſancita fuiſſe videntur, ut κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων, εἰς μνήμην τοῦ ἁγίου Καρτερισίου, εἰς τὰ μεταθέσια τῆς σοροῦ Βλαχερνῶν Julii 2. εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἐν ἁγίοις βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις πατριαρχῶν Ἀλεξάνδρου, Ἰωάννου καὶ Παύλου τοῦ νέου, εἰς τὴν εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς. Neſcio etiam quid myſterii lateat in literis Βξιρνν, quae in frontiſpicio hujus Codicis extant. *.

VI. Codex Colbert. 2215. continens Euangeliſtarium mutilum & ſequioris aevi ſuperſcriptionibus foedatum. In indice feſtorum habet Aug. 15. εἰς τὴν κοίμησιν τῆς θεοτόκου Sept. 8. εἰς τὸ γενέσιον τῆς θεοτόκου (feſtum exeunte ſeculo VII. inſtitutum) 9. τοῦ ἁγίου Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης. Octob. 27. τὰ καταθέσια τῆς τιμίας κάρας. Nov. 21. τὰ εἰσόδια τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. 12. Ἰωάννου τοῦ ἐλεήμονος. Dec. 12. ἐπινίκια Χοσρόου καὶ Πέρσου. May 21. Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, Junii 12. Νικηφόρου Πατριάρχου. Octob. 8. τῆς ἁγίας Πελαγίας τῆς πόρνης ζήτει εἰς τὸ τέλος τοῦ βιβλίου. Plurima in iſto Codice occurrunt juniori manu a poſſeſſoribus notata, ut μνήσθητι κύριε τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Πάπα κυριακοῦ καὶ ἱερέως

ἱερέως καὶ πνευματικοῦ καὶ Τισιτίου, item τοῦ δούλου σου παναγιῶτι ἀναγνώστου υἱοῦ τοῦ Νικολάου. item τοῦ δούλου σου Γεοργίου ἱεράρχου. item Catechismus lingua Graeca vulgari inscriptus διδασκαλία χριστιανική. mentio etiam fit Annorum Christi 1524. 1537. 1529. Occurrunt denique instrumenta donationum, aedi cuidam Sacrae factarum, quarum prior ita incipit: κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν ἥτις ἐστὶν ἡμέρα κυριακὴ, πέμπτη καὶ δεκάτη τοῦ αὐγούστου μηνὸς, ἔτει τοῦ Χριστοῦ αυζδ. τριστέντιμος καὶ μανύφικος ἀφθέντης καβάλλαρις μισὴρ γαλιατζως βουραλαους ηθεχιστενεις τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς πολληλεω πασσας. subscribitur μητρα.... ρεμοσκαστελλαν aliud instrumentum est anni 1466. ἔμπροσθεν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς πολι.... ἐγὼ Μαριος Πετρενα-ἐγὼ Λοζετος Ciζιλος. Ex istis omnibus, nisi mea me conjectura fallit, conficitur, Codicem esse Cyprium. *.

VII. „ Lectionarium Euangelicum mutilum pervetustum, scriptum li-
„ teris quadratis pinguioribus paulo ante annum Christi millesimum. Id e-
„ nim colligo ex Lectionario ejusdem omnino cum hoc nostro Characte-
„ ris, quod ostendebat mihi, cum olim Cantabrigiae agerem, Amicus e
„ paucis D. Joann. Covellus, S. T. P. ad cujusquidem calcem indicatum
„ est exemplar illud scriptum fuisse Anno ͵ςφγ. h. e. Christi 995". ita Millius suum Codicem Bodlejan. 3. describit, quem nos deprehendimus in ista Bibliotheca notatum esse Baroc. 202. & ex parte contulimus. Guilielmus Laud Archiep. Cantuariensis illum cum aliis Ao. 1628. inter libros Jacobi Barocii Patricii Veneti emit, atque in Angliam transportavit. *.

VIII. Wheel. 3. „ Lectionarium Euangelicum in quarto grandiore li-
„ teris quadratis & majusculis paulo pinguioribus (quales Russicae) de-
„ scriptum circa Annum Christi millesimum, quod e partibus Orientis
„ allatum libere in usus nostros tradidit Vir Cl. D. Georgius Wheeler,
„ Ecclesiae jam Dunelmensis Canonicus, inquit Millius.

„ IX. Mor. 2. Euangelistarium pervetustum grandioribus literis circa
„ Annum Christi millesimum exaratum Joannis Mori Episcopi Norvicen-
„ sis", cujus Lectiones Millius in appendice exhibet.

X. Euangelistarium Graecum Basilianorum Romae confundit η & ι. specimen ex eo exhibetur in Palaeographia p. 233. †

XI. „ Fragmentum alicunde divulsum & a D. Anselmo Bandurio Vi-
„ ro Docto mihi oblatum" continet historiam Pharisaei & Publicani describente Montfalconio Palaeogr. p. 235. †.

XII. Codex Excell. Viri Dominici Passionaei, Legati ad Helvetios Pontificii, Acta Apostolorum continet, ex quo specimen exhibetur in fine Palaeographiae, uberiorem autem descriptionem, cujus spes nobis facta est, indies Roma exspectamus, eo avidius quod sui generis unicus est. †

CAPUT IV.

Descriptio Veterum Codicum Tertiae Classis, eorum, qui a Latinis Librariis exarati sunt.

I. Codex Cantabrigiensis. Hic primum innotuit circa tempora Tridentini Concilii, quod conjicio ex Mariani Victorii notis in Hieronymum, in quibus citatur „ antiquissimus Graecus Codex, quem Tridentum attulerat Claromontanus Episcopus A°. 1546". is erat, ut ex Actis Synodicis constat, Guilielmus a Prato, qui, ad locum Joann. XXI. 22. prout in Latinis exemplaribus legitur confirmandum, illius Codicis Graeca protulit, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν οὕτως, ἕως ἔρχομαι, *si eum volo sic manere, usque dum venio.* Haec enim lectio hactenus in solo Cantabrigiensi reperta est.

Paulo post Robertus Stephanus amplam ejus fecit mentionem in editione N. T. A°. 1550. est enim ipsius Codex secundus, quem ita describit in praefatione Graeca. τὸ β. ἐστιν τὸ ἐν Ἰταλίᾳ ὑπό τινων ἡμετέρων ἀντιβληθὲν φίλων in Latina vero & *vetustissimum* vocat *exemplar in Italia ab amicis collatum.* Potuit enim jure suo Codicem Italicum vocare, sive quod a filio ipsius Henrico tunc temporis Italiam perlustranti in ipsa Italia repertus atque Episcopo Claromontano traditus, sive quod Tridenti in finitima Italiae urbe aliquandiu asservatus fuisset. Esse autem unum atque eundem Codicem Stephani secundum & hunc Cantabrigiensem elucet ex collatione Lectionum, quae tanquam ex duobus diversis Codicibus hactenus prolatae fuerunt; non enim singulares modo Lectiones & huic Codici propriae utrobique comparent, sed & inferuntur subinde sat multa, quae nullus alius Codex agnoscit, ut sexcentis ex locis vix unus occurrat, ubi vel in uno apice inter se discrepant, ubi scilicet vel typothetam vel correctorem dormitasse apparet. Et quod in primis notandum, cum in Cantabrigiensi Codice hinc inde folia quaedam in Matthaeo atque Joanne, cum sex postremis Capitibus Actorum Apostolicorum desiderentur, etiam Stephanianus secundus, qui alias utramque paginam occupat, in omnibus illis locis nusquam comparet, neque ulla ex eodem lectionis varietas affertur, quae omnia sane in duobus simul Codicibus ita casu fortuito conspirare haud potuerunt.

Denique hunc Codicem praeconio suo nobilitavit Theodorus Beza, cum N. T. suum ederet, cujus verba audire lubet: „ quid sit a nobis, in„ quit, in hac tertia hujus Voluminis Editione praestitum, sic paucis cognosce

„ gnosce—Multa—in priore quidem horum librorum parte i. e. in quatuor Euangeliis & Actis Apostolicis ex Manuscripto Graeco-Latino, ex „ D. Irenaei Coenobio Lugdunensi eruto, & majusculis utrinque literis „ descripto, tantaeque vetustatis Codice, ut ipsius pene Irenaei temporibus extitisse videri possit, nisi ex Graecia fuisse ante aliquot secula importatum ex aliis indiciis constaret. In posteriore vero, i. e. Pauli Epistolis ex alio paris vetustatis exemplari, in Claromontano apud Bellovacos Coenobio reperto plurima non parvi momenti observavimus. Genevae xx. febr. CIↃ IↃLXXXII". In hac primum Editione frequenter ad istum Codicem verbis ejusmodi provocat: „ in meo venerandae imprimis „ antiquitatis Codice, vetustissimum illud meum exemplar &c". Eundem tamen Codicem jam anno superiore Academiae Cantabrigiensi donaverat, cujus donationis sequens Epistola fidem facit a me ex Autographo descripta.

„ Inclytae modisque omnibus Celebratissimae Academiae Cantabrigiensi Gratiam & Pacem a Deo Patre ac Domino nostro Jesu Christo. „ Quatuor Euangeliorum & Actorum Apostolicorum Graeco-Latinum „ Exemplar ex S. Irenaei Coenobio Lugdunensi ante aliquot annos nactus, mutilum quidem illud, & neque satis emendate ab initio ubique „ descriptum, neque ita ut oportuit habitum, sicut ex paginis quibusdam „ diverso charactere insertis, & indocti cujuspiam Graeci Calogeri barbaris adscriptis alicubi notis apparet, Vestrae potissimum Academiae, „ ut inter vere Christianas vetustissimae, plurimisque nominibus celeberrimae, dicandum existimavi, Reverendi Domini & Patres, in cujus „ Sacrario tantum hoc venerandae, ni forte fallor, vetustatis monimentum collocetur. Etsi vero nulli melius quam vos ipsi, quae sit huic „ exemplari fides habenda, aestimarint, hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam a me in Lucae praesertim Euangelio repertam esse inter hunc Codicem & caeteros quantumvis veteres discrepantiam, ut „ vitandae quorundam offensioni asservandum potius quam publicandum „ existimem. In hac tamen non sententiarum sed vocum diversitate nihil profecto comperi, unde suspicari potuerim, a veteribus illis haereticis fuisse depravatum. Imo multa mihi videor deprehendisse magna „ observatione digna: quaedam etiam sic a recepta scriptura discrepantia, ut tamen cum veterum quorundam & Graecorum & Latinorum „ Patrum scriptis consentiant; non pauca denique, quibus vetusta Latina Editio corroboratur, quae omnia pro ingenii mei modulo inter se „ comparata, & cum Syra & Arabica editione, collata, in majores meas „ Annotationes a me nuper emendatas, & brevi, Deo favente, prodituras, congessi. Sed age res haec tota vestri, sicuti par est, judicii esto: „ Tantum a vobis peto, Reverendi Domini & Patres, ut hoc qualecun-

„ que

„ que summae in vestram Amplitudinem Observantiae meae veluti mo-
„ numentum, ab homine vestri studiosissimo profectum, aequi bonique
„ consulatis. D. Jesus Servator noster, & universe omnibus & privatim
„ singulis, totique adeo Christianissimae Anglorum Genti magis ac magis
„ pro bonitate singulari sua benedicat. Genevae VIII. Idus Decembris
„ Anno CIↃ IↃLXXXI". In principio ejusdem Codicis manu Bezae haec scripta sunt: „ Est hoc exemplar venerandae vetustatis ex Graecia, ut appa-
„ ret ex barbaris Graecis quibusdam ad marginem adscriptis, olim expor-
„ tatum, & in Sancti Irenaei Monasterio Lugduni ita ut hic cernitur mu-
„ tilatum, postquam ibi in pulvere diu jacuisset, repertum, oriente ibi
„ civili bello anno Domini 1562.

Aut vero omnia me fallunt, aut Beza permutavit ac confudit nomina suorum Codicum, vocando Lugdunensem, qui Claromontanus erat, & vicissim; si enim statuamus Euangeliorum Codicem fuisse Claromontanum, egregie illustratur, quod supra ex Victorio attulimus; sin autem verum est, eum Lugduni in pulvere jacuisse ad annum 1562. difficultas inexplicabilis existit, unde Stephanus secundi sui h. e. ejusdem Codicis lectiones A°. 1550. hauserit?

Quid quod Beza ipse hunc Codicem in Corpore Annotationum nusquam, quod sciam, Lugdunensem, in ultima vero Editione sua diserte Claromontanum appellat? in Luc. XIX. 26. „ Malim, inquit, cum illo ve-
„ tustissimo Claromontano Codice servata particula γὰρ versiculum 25.
„ expungere". & Actor. XX. 3. „ Caeterum codex ille noster Claromonta-
„ nus totum hunc locum sic legit. &c.

Dixi supra, Cantabrigiensem hunc & Stephani secundum esse unum eundemque Codicem, non quin sciam, Bezam tanquam duos sejunctos Codices adducere consuesse Matth. VI. 1. 6. X. 23. Marc. I. 2. 5. 11. 12, 38. Luc. IV. 8. V. 7. VI. 5. XVI. 19. Act. XV. 20. XVI. 38. „ ab hoc
„ loco usque ad extremum Capitis comperitur mira in meo vetustissimo
„ & alio praeterea Manusc. Codice varietas": at non ejusmodi assertione moveor, ut a sententia discedam, praesertim cum ipse Beza hac in re parum sibi constet, & in tertia Editione omissa mentione secundi exemplaris, quod in prioribus ad partes vocaverat, iisdem locis vetustissimi tantum sui Exemplaris mentionem faciat, vid. in Matth. V. 30. XXVIII. 12. Marc. V. 31. quae sane nominum permutatio suspicionem nostram confirmat, ipsum Bezam compertum habuisse, diversos Codices non esse Stephani & suum, sed unum eundemque.

Constat iste Codex 413. foliis in quarto majori, singulis paginis lineas 33. continentibus; complectiturque Euangelia & Acta Apostolorum Graece & Latine; nisi quod desiderantur duo folia a Matth. I. ad 20. item a Matth. VI. 20.---IX. 2. octo folia. XXVII. 1.---12. Joann. I. 16.---III. 26.

Actor.

Actor. VIII. 29.—X. 14. XXI. 2. —10. XXII. 10.—20. denique a vers. 29. hujus Capitis omnia usque ad calcem. Patricius Junius cum Textu vulgato Graeco illum exacte contulit, varietatesque omnes cum Usserio & cum fratribus Puteanis communicavit, quae per istos Morino & Curcellaeo, per istum autem Waltono in Polyglottis edendae innotuerunt.

Scriptum fuisse neque in Graecia neque a Graeco (ut Beza putarat) sed in Occidente ab homine, καλλιγραφίας quam vel Graecae vel Latinae linguae peritiori, Latino tamen apparet; quod & adjecta Latina interpretatio docet, quam nemo Graecus unquam adjungere patria lingua scripto Codici curaverit; & planius ipsius Codicis inspectio declarat, cui enim Graeco nato venisset in mentem, ut ad Latinam scribendi rationem Graeca refingeret? qualia in hoc Codice obvia sunt passim ridiculae diligentiae specimina, cum σαμαριτάνων, δανιήλου, λεπρώσου, φλαγελλώσας, πέτρους exhibet: item γενώσγει, ἐχθρὲς, διανύκθηλι, ζβέσει, ζβέννυζαι, ζμύρναν; porro κατεγέλων αὐτὲν, δεήθητε τὸν κύριον, ἠκούσαμεν αὐτὸν, παιδάριον ἕς, ἄλλαι πλέιαι πολλαὶ & sexcenta similia. Sed quid quod nec Latina saniora sunt? „ calicem quod, „ te nocui, sanguis quod effunditur, ut seducantur & electos, agrum quod „ dedit, ut dedit, opera testimonium dat, adpraehendit tenebra, audie- „ rit verborum, manifestaretur opera". Qualia & in veteri Itala versione non pauca reperiuntur.

Rursus ex aliis indiciis apparet, descriptorem hujus Codicis, quisquis ille fuerit, in Graecis & Latinis non plane nihil intellexisse, ut quando pro θελόντων scribit τελωνῶν, ἁμαρτάνουσαι pro αἱ μαρτυροῦσαι, ἐργαζόμενοι pro ἐγγιζόμενοι, ἔτι ἄρα pro ἐπάρας, πείσει pro μισεῖ, ἀποκαλύψει pro ἀποκυλίσει, ἁγίας pro ἀπειλὰς, μέσον pro μένον, δόξη pro δεξιὰ, τὸ πρόσωπον pro τὸν τόπον; & cum ἀγραυλοῦντες vertit per *cantantes*; alibi *nolite timere pusillum gregem.* Nonnunquam unicam vocem Graecam duabus Latinis vertit, ut *perfecti consummati*; alias ipsi textui Graeco superflua quaedam adsuit, ut cum εἰς μόνον, item εἶτα μετὰ τοῦτο, & ἀνάγαιον οἶκον exhibet. Nonnullis locis etiam Graecas literas Latinis, & aliis Latinas Graecis admiscuit; ut τυbλοὶ, ἀπέσalκεν; & dicentec. Characteris quidem forma atque Orthographia similis est atque in vetustissimis Codicibus, nisi quod contra morem Graecorum librariorum vocales η & ε, & consonas τ & θ confundat; in Latino scribit *temptatio*, *quotiens*, *thensaurus*, *intellegitis*, *calciamenta*, *mercennarii*, *anticus*, *locuntur*, *inicus*, *secuntur*, frequentissime etiam confundit *u* consonans & *b*. μερίμναις vertit *soniis*, quod Gallicum est *soins*, κατάλυμα *refectio*, κυλλοὺς *sideratos*, κλέψη *involet*, διατρίβειν, *demorari*, κολυμβήθρα *natatoria piscina*, κηδεμονεῖν *taediari*, ῥήσσει *applontat*, διισχυρίζετο *certabatur*, ἐσθῆτα λαμπρὰν *opertorium candidum*; pro Graeco δηνάριον in Latino habet signum * & quod inprimis notandum τοὺς σεβομένους *coelicolas* vertit in Actis; unde lux affulget verbis Constitutionis Ho-

norii,

norii, quam Gothofredus operosa Dissertatione explicare non potuit; intelliguntur autem illi, qui Judaeis olim Proselyti portae, in Anglia autem, antequam vocabulum illud in longe aliam significationem degeneraret, vocati sunt Deistae.

Plurimae etiam in hoc Codice adsunt Correctiones; quaedam a prima manu, ubi videtur spongia deletae Scripturae altera superinducta, nulla siquidem rasurae vestigia apparent: aliae a manu aliena, eadem nempe, quae Canones Eusebianos margini adscripsit, & ἀρχὴν & τέλος Lectionum, Charactere satis adhuc Graeco. Denique Latinus aliquis circa Seculum X. ut videtur, lacunas quasdam explevit, nimirum a Marci XVI. 15. ad finem. Jo. XVIII. 13.-- XX. 13. Matth. III. 8.---16. hic & *y* & *e* Latinarum fere literarum forma repraesentat.

Denique in margine occurrit manus, ut Beza putavit, Calogeri Graeci, ut nos vero existimamus Monachi Latini, qui contra omnes Orthographiae regulas varia allevit, ita tamen ut haud obscure proderet cujas esset, v. gr. παραυγμα pro πρᾶγμα, πένψον, παρασκευγὴ & Δαυγὶδ pro πέμψον, παρασκευὴ & Δαυίδ. Similiter in MS. Bodlejano Symboli vetusti literis Latinis legi *pisteugo*, pro πιςεύω, & *igito* pro ἤτω, ubi Hickesius praef. p. 20. ita commentatur: „ In nostro Symbolo πιςεύω scribitur *pisteugo*, quemadmo„ dum & in specimine Franco Gallici Codicis, qui olim fuit Dionysiani „ prope Parisios Monasterii, quod exhibet D. Jo. Mabillon Lib. V. de re „ diplom. p. 366. sic quoque in nostro Symbolo ἐκπορευόμενον scribitur *ek*„ *poreugomenon*, ubi *g* non habet valorem τοῦ γ. tertii Graecorum & Moe„ so-Gothorum elementi, sed τοῦ *G.* septimi Moeso-Gothorum, quod „ eodem olim modo sonabat, ut *i.* quomodo & ipsum *g.* ante *e.* vel *i.* „ pronunciant Franco-Galli.

„ Hujus certe, de quo jam agimus, Graeca quod attinet, vix dici po„ test, quam supra omnem modum in iis digerendis licenter se gesserit „ ac plane lascivierit interpolator quisquis ille. In animo ipsi fuisse cre„ dideris, non quidem Textum ipsum exhibere, quem ediderant ipsi „ Euangelistae, sed, observato duntaxat S. Textus ordine & historia, „ singula Euangelia absolutiora ac pleniora reddere. Huc enim faciunt „ intromissae in cujusque Euangelii textum particulae variae integraeque „ Periodi reliquorum: huc transposita in unoquoque plurima ob historiae „ claritatem: huc traductae ex Euangeliis Apocryphis περικοπαὶ"; quibus Millii verbis, quae nostra fecimus, addimus & omissiones quamplurimas & mutationes occurrere, praecipue ubi authenticam lectionem repugnare existimabat vel historiae veritati, vel gloriae Christi vel aliis Scripturae locis exigui admodum judicii Consarcinator: sed multo saepius deflexit idem, quoties ex Latinis sive Versione Itala fecit Graeca, ita ut Vocabulorum & Phrasium violenta detorsio cuivis appareat.

Ce-

Ceterum cum ſit omnibus Indiciis vetuſtatis inſignis hic Codex, & fortaſſis omnium, qui nunc ſuperſunt, antiquiſſimus; cum ſaepiſſime vulgo editis conſentiat; licet in multis diſcrepet, ubi tamen cum Patribus & Verſionibus & veteribus aliis Codicibus facit; cum multas praeterea Variationes in ordine verborum, numero & Syntaxi, atque in ipſis etiam vocabulis habeat, quarum nulla omnino ratio reddi poteſt; cum in Orthographia pariter, ut vetuſtiſſimi quique, ſcribat ἐξήλθοσαν, ἐφέροσαν, ἐλέγοσαν, ἴδοσαν, haec vero ſcriptio neque ad Latinam verſionem quicquam faciat, neque Latino ſcriptori in mentem venire potuerit; non plane ſpernendum & abolendum, ut Arnaldo placuit, ſed ſedulo evolvendum, & juxta alios veteres ponderandum cenſeo. Quae etiam Bezae fuit ſententia, qui tamen huic Codici pluſculum, quam par erat, tribuit, cum ſaepe hujus unius ab auctoritate pependerit, ejusque Lectiones contradicentibus omnibus aliis Codicibus, Patribus, Verſionibusque lectori obtruſerit. Quantum ſane nulli unquam Codici ſingulari tribuendum exiſtimo. *.

II. Codex Regius 2245. quem Beza Claromontanum vocat, qui verius, ut ad ſuperiorem Codicem diximus, Lugdunenſis, imo, ſi conjecturae noſtrae locus eſt, Cluniacenſis vocaretur: eodem enim tempore quo Lugdunum a Proteſtantibus occupatum eſt „ ab Helvetiis auxiliaribus, quibus praeerat Nic. Diesbachus antiquae Nobilitatis Vir in Bernatum „ pago— etiam Cluniacum nobiliſſimum toto Chriſtiano orbe Coenobium „ captum fuit, in cujus direptione longe copioſiſſima & omni librorum „ Manuſcriptorum ſupellectile inſtructiſſima Bibliotheca, magno Studioſorum dolore & incredibili rei literariae, quod vix unquam ſarciri potuerit, detrimento, militari licentia aut incendio periit", teſte Thuano lib. 31. Unde iſtum Codicem exigua ſua mole ſervatum miles forte Helvetius in patriam retulit, ubi Beza, neſcio quo pacto (hoc enim ſtudioſe ſilentio involvit) acquiſivit, qui eo primum uſus eſt in Editione N. T. 1582. ut vidimus; poſtea pervenit in manus fratrum Puteanorum, quo tempore & Jo. Morinus eum evolvit, & Exercit. 2. lib. 1. cap. 4. deſcripſit, & alii, qui cum Uſſerio & Curcellaeo Variantes ejus Lectiones communicarunt, quorum ille easdem Polyglottis Ao. 1657. hic N. T. ſuo 1658 inſeruit: Puteani vero fratres cum omnibus ſuis MSS. Bibliothecae Regiae legaverunt; quod Millium fugiſſe miror, „ neſcio enim, inquit, „ quo caſu locum ſortitus eſt inter MSS. Codices Bibliothecae Regiae „ Pariſiis numero MMCCXLV." A me ipſo denique bis & quantum potui accuratiſſime collatus eſt.

Liber hic Millio dicitur „ formae minoris in Octavo, quam vulgo vocant; „ id enim ex comprehenſis in quaque pagina vocabulis, quae haud aſſurgunt „ ultra partem dimidiam eorum, quae complectitur pagina Codicis Cant. „ colligere licet". At quid opus erat ad argumenta confugere, cum oculis

culis dijudicari res possit? & quidem ad argumentum tam infirmum atque alienum? quid enim si forma par alteri esset, sed literis duplo majoribus? quid si στιχηρῶς scriptus esset (uti revera scriptus est) imparibusque lineis extremis? quomodo igitur Millius ex comprehensis in singulis paginis vocabulis magnitudinem earum aestimare potuit? Nec verius auctor Bibliothecae S. Millium erroris arguens, „in folio minori Codicem esse, dixit", siquidem juxta consuetudinem loquendi librariorum nostrorum in Quarto minori potius scriptus est: singulae autem paginae continent lineas 21. „ Graeca ad paginam dextram collocat, ad sinistram Latina, ait Millius". In his verbis nescio quid singulare atque insolens indicare voluisse ipsum putares, revera autem nihil est, neque aliter scriptus est atque nostri Codices Graeco-Latini typis editi, textus Graecus legenti semper est ad sinistram, versio Latina ad dextram. Folia habuit 533. sed desideratur & folium primum & extremum, quorum illo Graecum principium Epist. ad Romanos, hoc extrema Latinae Versionis Epist. ad Hebraeos continebantur. Ex quo autem in Bibliothecam Regiam transiit iste Codex, pessime habitus & a fure quodam, initio hujus seculi, ausu nefando hinc inde mutilatus est, quarum rapinarum partem in Bibliothecam ducis Oxoniensis transiisse accepimus.

Desunt jam

I. Cor.	XI.	22. —	XII.	10.	folia	5.
—	XV.	26. —	—	35.	—	2.
—	—	50. —	fin. Cap.		—	2.
II. Cor.	V.	1. —	—	10.	—	2.
Philip.	II.	3. —	—	13.	—	2.
Coloss.	I.	19. —	II.	16.	—	8.
I. Thess.	III.	10. —	IV.	5.	—	2.
a II. Tim.	IV.	21. —	tota ad Titum			13.
		Omnino				36 folia

Iste Codex, inquit Millius, *Cantabrigiensis pars altera a Beza aliisque dicitur.* Ab aliis quidem vulgo ita dicitur, nimirum ab Amelottio dubio teste, *Beza*, inquit, *putat Claromontanum suum alteram fuisse partem Lugdunensis Euangeliorum atque Actorum Codicis*; quod a Morino accepit, cujus haec verba sunt: „Existimavit Beza, hunc Codicem alteram esse sui vetustissimi partem, nonnunquam enim suum vetustissimum vocat „ Claromontanum, quemadmodum & hunc— Nonnulla sunt alia, quibus idem conjici potest, ut in utroque eadem libros finiendi forma: sed „ id nullo negotio definire potuit Beza, qui utroque potitus est": Nunquam vero Bezae in mentem venit, ut hujusmodi quid diceret, quippe qui contrarium ignorare non potuit; ac diserte utrumque Codicem distinguit, cum

cum exemplar Euangeliorum Epist. ad Acad. Cantabrig. *non satis emendate descriptum*; exemplar vero Epistolarum Paulinarum Annot. in I. Cor. 28. *emendatissimum* & in Epistolio editioni quartae N. T. sui praemisso, Claromontanum *paris vetustatis sed accuratius descriptum exemplar* vocet. Quando vero utrumque per errorem semel aut iterum Claromontanum vocavit, ex eo protinus inferendum non erat, eadem manu utrumque scriptum, atque alterum alterius Codicis partem alteram esse. Conveniunt quidem aetas & forma literarum, uterque Graeco-Latinus, utriusque Textus a Latino Librario corruptus; sed membrana in Cant. est crassior, in hoc tenuissima; in Cant. loca ex V. T. continuata linea ubique eodem colore scripta sunt, in Clar. vero, excepta Epistola ad Hebraeos, minio exarantur lineis brevioribus & fere ad mediam paginam retractis; Cant. confundit literas Η. & Ι. item Τ. & Θ. quod hic non facit; forma denique Cant. Codicis multo est major, quam Claromontani, & lineae latiores, & paginae longiores, ita ut nemo homo, si duo ista Volumina juxta se posita cerneret, unum alterius partem esse diceret.

Duae autem manus in isto Codice clarissime distingui possunt Scriptoris & Correctoris: quorum ille rarissime accentus apponit, accurate satis scribit, hoc est confundit quidem in Latino *b* & *u*, in Graeco ει & ι, item αι & ε, nunquam vero η cum ι. vel ε. neque υ. cum οι. Frequentissime textum Graecum ad Latinam sive Italam versionem corrupit. Rom. III. 26. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦν in nominativo, quia in Lat. habetur: ut sit ipse justus & *justificans*. VII. 6. τοῦ θανάτου pro ἀποθανόντες, Lat. *mortis*, mendose pro *mortui*. IX. 4. Ἰσραηλεῖται, ut Latini. I. Cor. VII. 28. ἐὰν δὲ καὶ λάβης γυναῖκα pro ἐὰν δὲ καὶ γήμης. Lat. si autem *acceperis uxorem*. II. Cor. VIII. 19. καὶ προθυμίαν ὑμῶν τέλουσιν, quia in Latina invenit, & *destinatam nostram volunt* pro *voluntatem*. X. 5. αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ ἄγοντες, sine dubio, quia viderat verbum αἰχμαλωτίζοντες duabus Latinis *captivum ducentes* respondere. Gal. V. 22. ἐγκράτεια, ἁγνεία, quia Latini eandem vocem dupliciter convertunt *continentia*, *castitas*. Eph. III. 12. pro ἐν πεποιθήσει habuerat ἐν τῷ ἐλευθερωθῆναι, quia Latine legebatur *in libertate*; Φιλιππησίους ad formam Latinam. Philip. III. 14. εἰς δὲ τὰ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. Lat. *in ea* quae in priore sunt me extendens. I. Thess. IV. 17. εἰς ὑπάντησιν τῷ χριστῷ, quia Latine etiam tertius casus est: *obviam Christo*. I. Tim. II. 8. οὗ τὸ μαρτύριον ἐδόθη. Lat. *cujus testimonium datum est*. I. Tim. VI. 7. pro δῆλον habet ἀληθὲς Lat. *verum*. Heb. IV. 2. τῇ πίστει τῶν ἀκουσάντων pro τοῖς ἀκούσασι, Lat. *fidei auditorum*. VIII. 8. μεμφόμενος γὰρ αὐτοὺς, L. vituperan enim *eos*. IX. 5. ὑπὲρ δὲ αὐτὴν, Lat. super *eam*, & 10. δικαίωμα pro δικαιώμασι, quia in Latino legerat *justitia*, quod putabat esse recto casu positum. X. 35 μὴ ἀπολύητε, pro μὴ ἀποβάλητε, Lat. *nolite amittere*. XI. 14. μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ τῷ θεῷ, Lat. testimonium perhibente muneribus e-

jus *Deo*. 15. ἐξέβησαν pro ἐξῆλθον Lat. *exierunt*. XIII. 7. πρoηγουμένων pro ἡγουμένων, Lat. *praepositorum*. Articulos etiam, qui in Latina versione non exprimuntur, in Graeco quoque omisit. Habet etiam varios errores, qui non nisi ab homine verba Graeca intelligente committi potuerunt, ut quando scribit διακούοντες pro διακονοῦντες, καταρτίσας pro καταργήσας, κεκαλυμμένῳ pro κεκαυμένῳ, ἐπιλήψη pro ἐπιλείψει, εὐσχημεν pro εὔσημον. Ita in Latino, *deliberatio* pro *delibatio*, *moribus* pro *mortibus*, *honori* pro oneri, *idolatrocinia* pro *idololatria*. συμμορφιζόμενος vertit *cooneratus*, ὑπωπιάζω, *lividum facio*, καλάρα, *devotatia*, βέλη πεπυρωμένα *jacula candentia*.

Correctiones quaedam hinc inde apparent a prima manu, ubi librarius unam vel alteram vocem aut literam spongia delevit, & aliam superscripsit; sed multo frequentiores sunt a juniore manu, & quidem, ut puto, Graeca; quae Spiritus Accentusque ubique apposuit, Codicem cum alio contulit, eumque alias omnino scalpello erasis vocibus, alias una atque altera duntaxat litera correcta, vel singulis literis delendis puncto superposito, lectionem vel rasurae superscribendo, vel priori lectioni jugulatae aut notatae apponendo emendare studuit: quae manus a vetustiore & forma literarum oblonga & atramenti nigredine facile distinguitur. Graeco homini istum laborem tribuo, non ob hanc tantum rationem, quod accurate & perite omnia scripta sint, sed ob hanc praecipue, quod Latinam Versionem reliquerit intactam, & cum duo folia I. Cor. XIV. 13. ad 22. deessent, notaverit in fine praecedentis paginae λείπει διφύλλην, & postea insertis duobus foliis Graeca quidem suppleverit, paginas autem Latinae Versioni destinatas vacuas reliquerit, quod non videtur facturus fuisse, si etiam Latina scribere potuisset. Hoc quoque adnotandum mihi visum est, quod duobus istis foliis prius pars alicujus Sophoclis opinor Tragoediae jam deperditae inscripta fuerit, cujus paucula verba, sicut assequi potui, hic apponam.

ιω μοι μοι
σφαγας οικτρας αρκεσαι....
θεας προσελθιν τεμενος
αιτου τι χρηζεις
ε̣π ωκεανου
κυκνος
ανεμων τ ευδεσιν ροθιοις.

Corrector iste non omnia tantum, quae ad Latinam Versionem in Graeco imperite resicta erant, restituit, sed multas etiam veteres Lectiones ad juniorem Codicem reformavit, vel potius deformavit: unde colligere licet, aliquot seculis Correctorem istum priore juniorem esse, ejus nem-

pe

pe aetatis, qua primum Graeculos venisse in Galliam constat, paulo ante tempora scilicet Caroli Magni, h. e. ineunte seculo nono.

Epistola ad Colossenses in hoc Codice Philippensi praeponitur; post Epistolam vero ad Philemonem, interjectis aliquot vacuis paginis ab alia manu, sequitur στιχομετρία, cujus ea pars, quae ad N. T. pertinet, ita se habet:

„ Versus Scripturarum Sanctarum ita

„ Euangelia 4.		„ ad Colossenses	250.
„ Mattheum	2600.	„ ad Filimonem	50.
„ Joannes	2000.	„ ad Petrum I.	200.
„ Marcus	1600.	„ ——— II.	140.
„ Lucam	2900.	„ Jacobi	220.
„ Epistulas Pauli		„ Pr. Joannis Epst.	220.
„ Ad Rom.	1040.	„ Joanni Epst. II.	20.
„ ad Chor. I.	1060.	„ Joanni Epst. III.	20.
„ Chor. II.	70.	„ Judae Epla	60.
„ Galathas	350.	„ Barnabae Epf.	850.
„ Efesios	375.	„ Actus Apostolorum	2600.
„ Tim. I.	208.	„ Pastoris	4000.
„ II.	289.	„ Actus Pauli	4560.
„ Tit.	140.	„ Revelatio Petri	270.

In fine Epistola ad Hebraeos, cujus in indice nulla fit mentio, apponitur integra; quod documento est utique Codicem hunc Latinorum fuisse, qui illi Epistolae Canonicam auctoritatem non tribuerant. *.

III. Codex San-Germanensis alias Corbejensis dictus Epistolarum Pauli, cujus singulae paginae continent lineas 31. & binis columnis constant, quarum prior Graecum fontem, altera Latinam Versionem exhibet. Deest quaternio N hoc est I. Epistola ad Timotheum ad vers. 15. Capitis sexti, Latina tamen, quae hic deerant, alio Charactere ex versione Vulgata duobus foliis alius generis membranae inscripta sunt seculo circiter XIII. Nollem proin Simonio excidisset, ut in notis in locum I. Tim. III. 16. ad Graecum Codicis San-Germanensis Textum, qui nusquam extat, provocaret. Epistola ad Hebraeos hic non omnino deest, ut in Biblioth. S. asseritur, sed tantum pars ejus posterior a vers. 8. Cap. XII.

In eo etiam cogor a Simonio dissentire, quando Cap. 8. de Versionibus istud exemplar vocat „ pretiosum MS. quod fere in nulla re a MS. „ Regiae Bibliothecae differat, nisi quod elegantius sit & accuratius scri-„ ptum". Nam primo non esse elegantiorem hunc Codicem cuivis inspicienti patebit; quin & ipsi possessores ejus ultro fatentur, „ multo densio-„ re minusque polita membrana & multo pinguioribus literis esse scriptum":

„ ptum": deinde non accurate ſed imperite & negligenter admodum exaratum eſſe ex ſingulis fere paginis conſtare poterit, ſcribit enim ψεύλει pro ψεύδει, ἀκαινῆ pro ἀκλινῆ, θεοσυπῖς pro θεοσυγεῖς, ὑποςίανται pro ὑποςειλῆται, λίμα pro ἆιμα, ἐντὶς pro ἐγγὺς, πατριάρκης, κάριν, κρόνον, ἐπ]ακιτκίλιοι, κάρα, καῖακρήσασθαι, κατάκουμα pro καῖάκριμα, ἀυτοὺς pro ἀυτοῖς, διαλογισμοὺς pro διαλογισμοῖς, φρονεῖσιν pro φρονοῦσιν, νόμοι pro νόμου, item καταλλαγὲν pro καταλλαγὴν, ἰτραελῖται, ἀλέθειαν, ὠπαῖοι, pro ὡραῖοι hoc eſt, confundit λ & δ. & α, π & γ & ι, τ & η & ν, κ & χ, οι & ου, υ & ι & η, *p*. Latinum & Graecum: niſi haec Simonio eſt accuratior ſcriptura.

Quod ſi liceat mihi contra eundem Cl. V. etiam de valore Codicis paucula addere, & viſa atque comperta referre, dicam toto coelo ipſum in judicio ſuo aberrare; non eſt nimirum iſte Codex niſi vitioſum exemplar praecedentis, adeoque cum ἀυτόγραφον, unde deſumtus eſt, extet, revera nullius auctoritatis atque pretii. Scio Millium de iſto Codice alia omnia praedicaſſe „ conſentit fere, inquit, cum Graeco Claromontani, verum ita, ut indiciis ſatis multis ſe prodat, e diverſo aliquo Codice prodiiſſe". Sed veritatem, id quod diximus, liquido poſtulare non tantum ex ſimilitudine ceterarum Lectionum conferenti patebit, ſed multo magis ex Correctionibus ipſis. Ubi enim in Claromontano quaedam a juniori manu addita, correctione inducta ſunt, ibi S. Germanenſis & vetera inducta & nova eadem manu deſcripta exhibet, frequenter etiam ipſos obelos & puncta. v. gr. in Regio I. Cor. XV. 5. a prima manu legebatur μετα ταυτα τοις ενδεκα; manus Correctoris pro μετα ταυ ſubſtituit ει & pro εν ſcripſit δώ, ut legeretur ειτα τοῖς δώδεκα. San-Germanenſis vero ita exhibet, μετα ταυειτα τοῖς δώενδεκα. II. Cor. VI. 1. legebatur παρακαλουν]ες, Corrector quatuor ultimas literas lineolis tranſixit, & ſubſtituit μεν, ut legeretur παρακαλῦμεν: S. Germanenſis exhibet παρακαλῦντεςμεν. II. Cor. X. 5. καθαιρουνταν Corrector pro ων ſubſtituit ες. S. Germ. ſcribit καθαιροῦντωνες. II. Cor. XI. 3. additum erat αγνοτη]Ꙩ, Corrector primam & ultimam literam transfixit in ſignum delendae vocis, quam S. Germ. truncatam exhibet γνοτητο. Philip. I. 3. a prima manu ſcriptum erat in Regio τω κω ημων Corrector vocem ημων transfixit, eique adſcripſit μου, & pro κ. ſcripſit θ. quae S. Germ. a prima manu ita exhibet τῶ κθῶ ημωνμου. Heb. X. 33. Regius pro θεατριζόμενοι legerat ὀνειδιζομενοι, Corrector hujus prima & ultima litera transfixa illud adſcripſerat. S. Germ. ita exhibet νιδιζομενοθεα]ριζόμενοι. Mitto ſexcenta generis ejuſdem, nam vix eſt pagina, in qua talia non occurrant plurima. Sed & idem ex eo planiſſime conſtat, quod cum Corrector Regi. Codicis accentus appoſuerit verbis Textus, illa vero quae jugulaverat, ut prius erant, ſine accentibus reliquerit, in S. Germanenſi accentus modo compareant modo non, e. gr. Heb. XI. 23. integer verſus additur, cujus ſingulae voces accentibus carent, ideo quia emendator ille

le Codicis Regii judicabat, eas e textu ejiciendas esse. Quod si enim S. Germanensis non esset ἀπόγραφον Regii Codicis, qui fieri potuisset, ut praecise iidem accentus vel adessent, vel deessent, ubi in Regio vel adsunt vel desunt? Concludo igitur exemplar San-Germanense αὐτολεξεὶ ex Regio Codice esse descriptum, & quidem postquam iste jam manum Correctoris passus fuerit, hoc est non ante seculum nonum. *.

IV. Codex Actorum Apostolicorum Latinus, cujus Latina Versio primam, Graecus vero Textus secundam Columnam in eadem pagina exhibet. Constat foliis 226. A Cap. XXVI. 29. ad XXVIII. 26. aliquot folia abscissa sunt, idque jam ante annum 1675. Nam editio Oxoniensis ejus anni, quae hunc Codicem alias singulis paginis citat, usque ad duo illa Capita, nullam ejus mentionem facit. Liber dividitur in Sectiones circiter sexaginta inaequales, quae numeris appositis notantur. Scriptus est sine accentibus, literis majusculis sed pinguioribus, seculo, ut existimo, octavo, ab homine Graece docto, attamen inter Latinos & quidem in Sardinia commorante, id quod colligo ex principio edicti cujusdam, quod in fine Codicis reperitur: Φλάυιος Παγκράτιος σὺν Θεῷ ἀποεπάρχων Δοῦξ Σαρδινίας δῆλα ποιῶ τα ὑποτεταγμένα: ἐπείπερ Θεοςυγεῖς καὶ κρ..... *Ducum* enim appellatio, ni fallor, seculo octavo demum ineunte in Italia vicinisque locis orta est: edictum autem illud ad Saracenos videtur pertinere, qui jam tunc ex Africa profecti Sardiniam infestabant. Cujusmodi & alia quaedam subtexuntur, ut haec: Θεώτωκε βοήθη τοῦ δούλου σου Γληγωρίου διακένου, item θεοτοκε βοήθει τῆ δούλης σου Εὐπραξίας διακονίσσης, item θεότοκε βοήθει τοῦ δούλου σου Ἰωάννου το ἐπίκλιν Καράμαλος, alibi Θεόδωρος..... Καραμαλος, denique *Jacobus Presbyter Graecus* &c.

Ex Sardinia Codex iste transiit in Angliam, fuitque Venerabilis Bedae, qui jam senex, Gregorio II. Papa Romano existente, „ Expositionem Actuum Apostolorum, quam ante plures annos scripserat, retractans", ex uno isto Codice, septuaginta quatuor hoc est omnes suas Variantes Lectiones hausit; vocat eum Graecum, licet nonnisi Latinam Versionem Textui Graeco adjacentem producat; in praefatione vero istud habet monitum: „ Quaedam, quae in Graeco sive aliter sive plus aut minus posita vidimus, breviter commemorare curavimus. Quae utrum negligentia Interpretis omissa, vel aliter dicta, an incuria librariorum sint depravata sive relicta, nondum scire potuimus. Namque Graecum exemplar fuisse falsatum suspicari non audeo: unde Lectorem admoneo, ut haec, ubicunque fecerimus, gratia Eruditionis legat, non in suo tamen Volumine velut Emendator inserat, nisi forte ea in Latino Codice suae Editionis sic antiquitus interpretata repererit.

Ab eo tempore una cum Literis Graecis sepultus jacuit, donec Ao. 1636. Bibliothecae Guilielmi Laude Archiepiscopi Cantuariensis illatus, at-

atque ab eodem Universitati Oxoniensi dono datus est. Collatus est primum ab Editoribus N. T. quod Oxonii Ao. 1675. prodiit, ubi Codex Bodlejanus I. vocatur, quod miror Millium non observasse: accuratius adhuc a Millio sub nomine Laud. 3. citatur: denique Thomas Hearnius Ao. 1715. totum illum Codicem summa, ut praefatur, adhibita diligentia suis sumtibus typis exprimi curavit. Sicut autem aliorum diligentiae laudi nihil detractum cupio, ita facere non possum, quin doleam, homines optimis literis excolendis natos sese totos ita immergere quaestionibus „ de Rege sive Monarcha haereditario & legitimo, deque Regia Prosa- „ pia, quibus solvendis ipsi minime omnium sunt idonei, ut studio partium abrepti non semet ipsos modo otio atque ea tranquillitate, quae literis adeo amica est & necessaria, quamque a Rege optimo impetrare haud difficulter possent, privent, verum etiam alios, qui systema ipsorum politicum non statim approbant, captata quavis occasione, immerito proscindant, atque omnibus convitiis lacerent. Haec, si quid intelligo, vera atque unica caussa est, cur Hearnius Millio litem moverit, & ipsius quos vocat errores singulis paginis subjectos omnium oculis exposuerit, qui tamen vel adeo manifesti sunt librarii lapsus, ut enotare plane supervacuum fuerit, vel revera nec sunt errores, vel denique Hearnianis erroribus multo leviores, & vero etiam pauciores, quod exemplis palam fiet.

Millius ex forma literarum judicavit, Codicem illum ad aetatem Alexandrini, Cantabrigiensis & Claromontani non assurgere. Hearnius vero, teste Usserio, & aliis argumentis probat, illum Codicem esse ***annorum mille.*** Unde concludit, dissentire ab his Millium, adeoque minus recte judicasse. Ego vero ne levissimum quidem dissensum perspicio, quod si enim Alexandrinus ***mille & ducentos*** annos habet, quos illi tribuit Millius, sane Codex Laudianus, qui fatente Hearnio mille tantum annorum est, ad illam aetatem non assurgit.

Cuperem etiam scire, quo τεκμηρίῳ Hearnius compererit, id quod centies repetit, erasisse manum eandem, quae & scripserat; an igitur scripsit librarius tantum ut eraderet? an ex vestigiis divinare potuit, quis eraserit?

Actor. V. 24. ita exhibet Hearnius: ἐθαύμαζον μέν τε καὶ διηπόρουν, in notis triumphans addit; „ sic plane in Cod. nostro, non ἐθαύμαζον καὶ διηπό- „ ρουν. ut apud Millium". Gravis omissio duarum vocum eleganter hic positarum! At, o bone, illud MEN TE non ad Textum Graecum, sed ad Latinam versionem pertinet, ***mirari coeperunt & confundebantur mente***, id quod si non ex sensu colligere poteras, saltem ex figura literae ***m*** Latina non Graeca intelligere debuisses.

Ad vocem Μωυσῆ notat „ extare punctum simplex ab eadem manu su- „ pra literam υ. hanc literam delendam esse indicans, nam Μωσῆ alii"; in quo

quo apertissime fallitur, nam vetustissimi Codices solent literam υ. quoties sola syllabam efficit punctis notare, non delendam esse judicantes, sed in pronunciatione distinguendam, quod supra Cap. 1. §. 6. ex Palaeographia indicavimus.

Non felicior est conjectura de voce *quattuor* Actor. X. 11. „ sic, in„ quit, cum duplici *t.* sed in summitate posterioris *t.* notulae duae appa„ rent, ab eadem, ut videtur, additae manu, eam delendam esse signifi„ cantes"; nam istae duae notulae minime significant literam *T.* delendam esse, sed ipsae potius delendae sunt, originem enim habent a scriptura paginae oppositae, qua adhuc madida vel per incuriam madefacta, cum liber forte clauderetur, duae istae maculae hic haeserunt. Alia mitto.

Istud vero magis observari meretur, quod iste Codex, agnoscente etiam Millio „ egregie ut reliqui omnes in Ecclesiis Occidentis exarati in„ terpolatus est". Hinc est, quod scribat ιστραηλ & ιστραηλειται, Ακελδαμαχ, ϲμυρνα, teste Beda, pro Μυρα. Hinc ortae sunt plurimae illae additiones huic Codici cum sola Italica, ut ex Cantabrigiensi, Cypriano, Irenaeo & Lucifero Calaritano constat, communes, ita tamen, ut non Latina ex Graecis sed Graeca ex Latinis praepostere formata sint; quod praeter alia etiam ex eo constat, quoniam in istis locis Graeca Cantabrigiensis a Graecis Laudiani admodum differunt: v. gr. Act. IV. 32. Cant. habet: καὶ οὐκ ἦν διάκρισις ἐν αὐτοῖς οὐδεμία. Laud. vero: καὶ οὐκ ἦν χωρισμὸς ἐν αὐτοῖς τις. vers. 28. Cant. μὴ μιάναντες. Laud. μὴ μολύνοντες. vers. 10. Cant. διὰ το ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ἐπ αὐτοῦ. Laud. διότι ἠλέγχοντο ὑπ' αὐτοῦ. X. 41. Cant. ἡμέρας μ. Laud. δι ἡμερῶν τεσσαράκοντα. XIII. 8. Cant. ἐπειδὴ ἥδιστα ἤκουεν αὐτῶν. Laud. ὅτι ἡδέως αὐτῶν ἤκουεν. 43. Cant. ἐγένετο δὲ καθ' ὅλης τῆς πόλεως διελθεῖν τὸν λόγον. Laud. ἐγένετο δὲ κατὰ πᾶσαν πόλιν φημισθῆναι τὸν λόγον. cujus rei alia ratio afferri nequit, quam quod diversimode, aeque tamen imperite plerumque, eadem verba Latina in Graecum transtulerint. Ex his patet, errasse Bedam, cum istud exemplar pro Graeco, & genuino textu habuit, neque ausus est suspectum falsitatis habere, cujus tamen vitia, si attendisset animum, facillime cognoscere potuisset. Quod si quis tamen cum Simonio malit *interpolatum* quam cum Arnaldo *corruptum* appellare, nos non habebit sibi repugnantes. *.

V. Codex Epistolarum Pauli Graeco-Latinus. Singulae paginae binas habent columnas, Graecam alteram, alteram Latinam, ita quidem, ut haec semper exteriorem paginae partem, illa vero interiorem occupet. Liber est in Quarto, paginae singulae 28. vel 29. linearum.

Desunt in Epistola ad Romanos ad Caput III. 8. omnia. Epistola ad Hebraeos Latine tantum extat. Graeca majusculis, Latina vero Anglo-Saxonicis literis scripta sunt, omissis accentibus, ab homine Latino, qui

 sin-

ſingulas voces puncto diſtinxit, literas η & ι, ω & ο, ι & υ, δ θ & τ confudit, item αι & ει, item κ pro χ poſuit. Literae α & κ ad formam Latinorum accedunt: Eſt noni ſeculi, ſcripturaque illi conſimilis, quae in Palaeographia ex Pſalterio Sedulii Scoti exhibetur.

Ad Calcem haec leguntur: „ Hic liber eſt Monaſterii Augiae majoris, „ qui per D. de Wildenſtein Abbatem accommodatus fuit M. Georgio „ Schoenlin de Schorndorf Decretorum Doctori, Canonico in Sintelfingen „ gen tempore Baſilienſis........ Concilii opinor mentio excidit". Poſtea neſcio quo caſu pervenit in manus Georgii Michaelis Wepferi Scaphuſiani, ubi ſine dubio illum vidit Hottingerus, qui eundem in Bibliothecario ſuo p. 130. recenſuit, ſublata poſſeſſoris, apud quem deliteret, mentione. Quod vero ibidem Orthographiam ejus ad mediae aetatis Graecos Codices accedere pronuntiat, verius putem ad Latinos ejusdem aetatis quam Graecos dixiſſet: quodque ſe *neſcire* ait, an hic Codex idem ſit ac *Conſtantienſis, de quo antea* ſcripſerat, facile ipſi fuiſſe cognoſcere, non eſſe eundem, quia Conſtantienſis ille non Graecus ſed tantum Latinus eſt, nec Epiſtolas Paulinas modo, ſed totum N. T. complectens, quod conſtat ex Eraſmi, & qui eum exſcripſit, Lucae Brugenſis citationibus. Graeca innumeris in locis imperite admodum ad Latina reficta ac detorta ſunt. Vidi iſtum Codicem & contuli Heidelbergae apud D. D. Mieg, unde procurantibus hujus Operis Editoribus in Bibliothecam Cl. Bentleji tranſiit. *.

VI Codex XIII. Epiſtolarum Pauli Graecus cum Verſione Latina interlineari. Hunc Codicem ex Bibliotheca P. Francii ſibi comparavit C. F. Boemerus, Profeſſor Lipſienſis, & Variantes ejus Lectiones cum Kuſtero communicavit, unde illi Bomerianus dictus eſt. Animadverti autem, iſtum Codicem non eſſe niſi apographum praecedentis, omnia enim ex amuſſim in utroque ad errores etiam leviſſimos usque ſibi invicem reſpondent: praecipue hoc patet ex Omiſſionibus, quoties enim in illo priore, ubi eadem vox in una pagina bis recurrebat, per incuriam intermedia a librario omiſſa ſunt, etiam in iſto toties eadem omnia deſiderantur. Nolim tamen pertinacius contendere cum eo, qui putaret, potius praecedentem Codicem iſtius eſſe ἀπόγραφον; tantum dicam, conſuetudinem Latina juxta Graeca ad latus apponendi videri antiquiorem, illo genere quo Latina Graecis inter lineas adſcribuntur. Hoc tamen amplius habemus in iſto Codice, quod Epiſtolam ad Romanos non ut praecedens capite truncatam ſed integram exhibet.

Ejusdem aetatis atque commatis Pſalterium Graecum videtur, quod eſt in Bibliotheca Baſilienſi, cujus Graeca literis majuſculis & ſine accentibus ſcripta ſunt: Latina vero verſio ſupra lineas Graecas charactere Anglo-Saxonico adſcripta eſt: & quidem in Britannia, ut colligitur ex hymno

no

no adjecto in laudem Brigittae & Patricii. „ Alta audite τὰ ἔγρα lato „ mundo micantia Brigittae beatissimae in Christo, sancta adepta opima „ Patricii patrocinia electa, apta alumna Patricii—in nostra insola, quae vo- „ catur beatissima". Citatur item Caroli M. Praeceptor Alcuinus VII° capite libri primi de Fide Catholica. Ejusdem Codicis Graeca eodem modo atque in praecedente ad Latinam Versionem reficta atque mutata esse quamplurimis locis deprehendi.

Cum igitur ex his, quae toto Capite proposuimus, constare possit, omnes istos Codices Graeco-Latinos a Latinis fuisse scriptos, Textumque Graecum innumeris in locis ad Latinam Versionem interpolatum atque corruptum esse, patet utique quam perverse Morinus, praeeunte ex parte Beza & sequente Simonio, ex talibus Codicibus Graecis Versionem Latinam confirmari posse judicaverit, Exercitationum Biblicarum secunda libri primi Cap. 3 & 4. vere quidem praefatus „ praejudicio occupatis „ nihil esse tam sincerum, quod adulterinum non videatur". Quod scite in ipsum retorsit Millius: „ istiusmodi hominibus, inquit, nihil esse tam „ adulterinum, quod non videatur sincerum". Morino scilicet Matth. XIII. 3. sincerum & genuinum videbatur ἐξῆλθεν ὁ σπείρων σπεῖραι, omisso articulo, pro eo quod nos legimus, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν. XIV. 24. τὸ δὲ πλοῖον ἦν εἰς μέσον τῆς θαλάσσης, pro τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν. XV. 8. πόῤῥω ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ, pro πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Jo. XI. 19. πρὸς Μάρθαν καὶ Μαρίαν, pro πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. XX. 15. εἰ σὺ ἦρες αὐτὸν, non εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν. XXI. 23. ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς addit, καὶ ἔδοξαν. Luc. XVII. 18. ἐξ αὐτῶν οὐδεὶς εὑρέθη ὑποστρέφων ὃς δώσει δόξαν τῷ θεῷ ipsi sincerius est, quam οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ. XXIII. 8. ἐξ ἱκανῶν χρόνων sincerius, quam ἐξ ἱκανοῦ. Marc. VI. 36. εἰς τοὺς ἔγγιστα ἀγροὺς pro εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγρούς. VIII. 25. ἤρξατο ἀναβλέψαι-ὥστε ἀναβλέψαι, pro ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι-καὶ ἐνέβλεψε. Act. VIII. 24. addit: ὃς πολλὰ κλαίων οὐ διελίμπανε, quae verba plane sunt ἀπροσδιόνυσα. XVI. 13. οὗ ἐδόκει pro οὗ ἐνομίζετο. XVIII. 14. ἐντιθεὶς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου vers. 21. ἀποταξάμενος καὶ εἰπὼν pro ἀπετάξατο αὐτοῖς εἰπών. XX. 16. μήποτε γενηθῇ αὐτῷ κατάσχεσις τις pro ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι. Rom. IV. 9. corrigit ipsum Graecum Claromontani: „ *ut quid enim* εἰς τί γαρ, in Textu men- „ dose scribitur τί sed legendum εἰς τι, nam codicis Versio habet *ut quid*". Erudite! per Morinum enim non licebat veteri Interpreti nudum τὶ isto loco reddere, sicut reddit. I. Cor. XV. 29. Rom. V. 18. δι' ἑνὸς τὸ δικαίωμα pro δι' ἑνὸς δικαιώματος. VII. 6. ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ θανάτου pro ἀπὸ τοῦ νόμου ἀποθανόντες, nimirum quia in Latina versione facili lapsu librariorum pro *mortui* scriptum erat *mortis*. XV. 32. καὶ ἀναψύξω μεθ' ὑμῶν pro καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. Eph. VI. 18. εἰς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντες pro εἰς αὐτὸ ἀγρυπνοῦντες. Heb. X. 35. μὴ ἀπολύητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν pro μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν

αν ὑμῶν. vers. 29. διὰ ξηρᾶς γῆς pro διὰ ξηρᾶς, ficut Matth. IX. 42. ποτήριον ὕδατος ψυχροῦ pro ποτήριον ψυχροῦ. Obteftor hic omnes fano judicio praeditos, ac literarum Graecarum peritos, judicent utra Lectio fit fincerior, illane quam noftri Codices exhibent, an quam Morinus ex Codicibus Bezae Graeco-Latinis protulit? ita omnes iftae Morinianae interpolationem indocti Latini fapiunt, ut non nifi literarum Graecarum omnino rudi cuipiam pro Graecis arridere poffint. Et fane Linguae Graecae ignorantiam Morinus non in his tantum, fed & alias prodidit: „Contigit enim, ut narrat Scriptor vitae ejus, ut in familiari colloquio oborta fuerit quaeftio aliqua de iis, quae tunc a Theologis, juffu & auctoritate Pontificis Maximi Romae congregatis, difputabantur, cujus quaeftionis explicandae cauffa librum manufcriptum fcriptoris cujusdam e junioribus Graecis confulere neceffe fuerit, ftatim Codex MS. Morino legendus offertur rogaturque, ut fuam de fcriptoris illius mente fententiam diceret: verum Holftenio & Allatio minime fatisfecit, iisque vifus eft linguae Graecae parum peritus.

Longe rectius de iftis Latinorum Codicibus Graecis judicavit Erafmus quando perfpecto juniore quodam Codice (veteres enim ignoravit) non tantum frequenter contra Stunicam auctoritatem eorum elevavit, fed etiam in praefatione, contra morofos quosdam & indoctos ita fcripfit: „Hic obiter illud incidit admonendum, effe Graecorum quosdam Novi Teftamenti Codices ad Latinorum Exemplaria emendatos. Id factum eft in foedere Graecorum cum Romana Ecclefia, quod foedus teftatur Bulla, quae dicitur Aurea. Vifum eft enim & hoc ad firmandam concordiam pertinere. Et nos olim in hujusmodi Codicem incidimus, & talis adhuc dicitur adfervari in Bibliotheca pontificia. Verum ex his corrigere noftros eft Lesbiam, ut ajunt, admovere Regulam.

Quod fi porro Criticorum audacia, qui indoctum Graecum Latini hominis nobis pro fincero Euangeliorum Textu venditant, excufari vix poteft, longe minus excufandus videtur alter ille error, quo nobis unicum teftem, adeoque unicam Codicis non optimae notae auctoritatem, pro duobus teftibus graviffimis, auctoritateque omni exceptione majori produxerunt, dum ad Stephani fecundum & ad Cantabrigienfem, item ad Claromontanum & San-Germanenfem identidem iisdem locis provocant. Cujusmodi fupina negligentia fi in Morino atque Simonio aliisque toleranda eft, vereor tamen, ut Beza ipfe omni culpa careat, neque reperio, quomodo ipfum crimine minus fincera fide adminiftratae rei liberare queam. Sine dubio enim fcire potuit, fuum Codicem Euangeliorum prius a familiari fuo Stephano adhibitum fuiffe, & nihilominus ad utrumque faepius, tanquam diverfi Codices fint, provocat. Utcunque fit, (neque enim quenquam in re paulum modo dubia ejus audaciae infimulabo) qui ejus-

ejusmodi impia verius, quam, ut vulgo appellant, pia fraude grassantur, rei Christianae pessime consulunt, suamque caussam suspectam potius reddunt.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget.

Quamvis autem istorum Codicum ad confirmandam Latinam Versionem auctoritas nulla sit, non tamen omnino illos, ut supra quoque diximus, rejicimus. Habent enim plurimas alias Lectiones, quae omni corruptionis vel interpolationis suspicione vacant, ac vel antiquioribus Graecis Codicibus, vel aliis versionibus, vel Patribus vel simul pluribus aut omnibus istis respondent ac consentiunt: qui consensus quicquid contra sentiant juniores, certissimum genuinae lectionis criterium est, & singulis testibus suum pro re nata pondus tribuit, sicut jam monuimus, cum de Codicis Cantabrigiensis valore ageremus.

C A P U T V.

Descriptio Codicum Graecorum Quartae Classis, sive Juniorum.

S E C T I O I.

De Codicibus Gallicanis.

I. CODEX 2867. Bibliothecae Regiae, ita enim κατ' ἐξοχὴν appello Bibliothecam Regis Galliarum, quia neque ulla est Codd. MSS. copia instructior, neque uspiam librorum usus liberalius advenis conceditur. Codex est membranaceus in Quarto, continens quatuor Euangelia; Roberto Stephano dictus γ.

II. Codex Reg. 2871. Universum N. T. complectitur excepta Apocalypsi, minus probatae fidei vocat Estius, Com. in 1. Pet. V. vers. 10. Stephano est δ.

III. Codex Reg. 3425. Exemplar N. T. integrum excepta Apocalypsi, in Octavo litera minori exaratus. Steph. ε.

IV. Codex Reg. 2866. Quatuor Euangelia continet. Steph. ϛ.

V. Codex Reg. 2242. Continet Euangelia, Epistolas Pauli, Jacobi, Petri, & Joannis primam. Stephano est ζ. Unde vero Millius compererit, etiam Acta Apostolorum, ut perhibet, in eodem Codice comprehensa esse, cum apud ipsum Stephanum nullum ejus rei sit indicium, fateor me ignorare.

VI. Co-

VI. Codex Reg. 2870. Actorum & Epistolarum Apostolicarum. Steph. ι.

VII. Codex Reg. 2869. In quo Acta & Epistolae Apostolicae cum Apocalypsi. Habet etiam Prologos Euthalii: compactus est iterum, Henrico II. Galliarum Rege. Steph. ια. Hunc quoque Codicem ego de integro contuli. *.

Septem istos Codices Stephanus se ex Bibliotheca Henrici Regis accepisse atque reddidisse testatur: illud praefatione N. T. 1550. illud vero in Respons. ad Theol. Paris. p. 3. Numeros autem hodiernos illorum Codicum erutos diligentiae J. le Long acceptos referimus, sicut etiam eosdem tum Bibliothecae S. tum Diario Eruditorum inseruit.

VIII. Codex Reg. 2865. Quatuor Euangeliorum; prius Bibliothecae Telleriano-Rhemensis, Kustero vocatur Parif. ι.

, IX. Codex Reg. 2862. complectitur IV. Euangelia: praemittitur
, prologus in Euangelia, qui sic incipit: ὁ τῶν ἁπάντων τεχνίτης: sequitur
, Eusebii Epistola ad Carpianum cum ejusdem Eusebii Canonibus. In fi-
, ne vero haec nota habetur, quam non praetermittendam duximus: ἐκ τοῦ
, κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου ἐγράφη Ἑβραϊστὶ ἐν Παλαιστίνῃ μετὰ ἔτη η. τῆς ἀναλήψεως
, τοῦ κυρίου, ἔχει δὲ ῥήματα βφκβ. ἔχει δὲ στίχους βφξ. ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον ἐγράφη Ῥω-
, μαϊστὶ ἐν Ῥώμῃ μετὰ ἔτη ιβ. τῆς ἀναλήψεως τοῦ κυρίου, ἔχει δὲ ῥήματα αχοε. στίχους αχις.
, ἐκ τοῦ κατὰ Λοῦκαν Εὐαγγελίου, ἐγράφη Ἑλληνιστὶ μετὰ ἔτη ιε. τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυ-
, ρίου εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν μεγάλην, ἔχει δὲ ῥήματα γωγ. ἔχει δὲ στίχους βψν. ἐκ τοῦ κα-
, τὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου. ἐγράφη Ἑλληνιστὶ εἰς Ἔφεσον μετὰ ἔτη λ. τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυ-
, ρίου. ἔχει δὲ ῥήματα αλλη. ἔχει δὲ στίχους βχδ. Agmen claudit Salomonis nota-
, rii subscriptio, plerisque in locis erasa, & admodum singularis, quam
, non sine labore legimus. Τέλος ἔλαβε τὸ παρὸν ἅγιον τετραευαγγέλιον, ὑπὸ
, χειρὸς ἐμοῦ τοῦ πολυτλήμονος καὶ εὐτελοῦς Νοταρίου Σολομῶντος ἀπὸ Νοταρίων---ἐτε-
, λειώθη δὲ ἐν ἔτει τοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ςχος. ἰνδ. α. (i.e. Christi. 1168)---βασι-
, λεύοντος ἐν Κωνσταντίνου πόλει Μανουὴλ τοῦ πορφυρογεννήτου, καὶ ἐνδοξοτάτου βασιλέως,
, καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἀμαρρὴ τοῦ κραταιοῦ ῥὶξ. ἐν δὲ τῇ νήσῳ Σικελίας Γουλιέλμου τοῦ
, δευτέρου ῥηγός. ita describitur in Palaeograph. p. 305. Codex fuit Petri Stellae, postea in Tellerianam Bibliothecam transiit: Kustero est Parif. 3. cujus V. L. conferendo didici hunc ipsum Codicem fuisse, qui a Stephano ιβ. notatus est.

X. Codex Reg. 3424. duobus voluminibus constans, scriptus seculo XI. si judicio standum Cel. Boivinii. Continet IV. Euangelia ex Bibliotheca Telleriana; Kustero est Paris. 4.

XI. Codex Reg. 2865. IV. Euangeliorum ex Bibliotheca Telleriana. Kustero est Parif. 5. Instituta collatione Variantium Lectionum hujus & Stephani ιδ. nihil discrepare inter se cognovi, adeoque eundem esse Codicem non dubito.

XII. Codex

XII. Codex Reg. 2244. IV. Euangeliorum ex Bibliotheca Telleriana. Hic Codex unus pene plures V. L. ſuppeditavit, quam reliqui Pariſienſes omnes, docente Kuſtero in praefatione N. T. Milliani, cui Pariſ. 6. vocatur.

XIII. Codex Reg. 3424. in Octavo elegantiſſime exaratus IV. Euangelia complectitur. Praemittitur index Capitum Matthaei aureo Charactere, ſequitur Icon Matthaei Euangeliſtae in fundo aureo depicta. Deinde Euſebiani Canones. Literae majuſculae & notae marginales omnes auro diſtinctae ſunt. Singula Euangelia pari ornatu decorata ſunt. Ante Euangelium Lucae in vacuis foliis deſcribitur recentiore manu Canon Paſchalis ab anno Mundi 6670. ad 6712. hoc eſt, ab anno Chriſti 1162. ad 1204. in fine a prima manu legitur ἐγράφη Νικηφόρυ βασιλεύοντος ἰνδ. ζ. quem aliquis putavit eſſe Nicephorum ſeculi IX., D. de Montfaucon ſeculi X. ego vero non dubito eſſe Nicephorum Botoniaten, qui exeunte ſeculo XI. regnavit, & cujus Codex ſimili ſplendore extat in Bibliotheca Coisliniana N°. 79. vide Palaeogr. p. 280. Kuſtero eſt Pariſ. 7.

XIV. Codex Reg. 2868. In quo IV. Euangelia minori Charactere ſcripta cum elegantioribus picturis. Kuſtero Pariſ. 8.

XV. Codex Reg. 2872. Continet Acta Apoſtolorum & Epiſtolas Catholicas. *.

XVI. Codex Reg. 1881. continens IV. Euangelia Graece & Latine ex Verſione Vulgata, binis columnis in ſingulis paginis, cujus Graeca videntur eſſe ſcripta a Graeco, Latina autem a Latino Librario ſeculi XIV. Codex eſt membranaceus in folio. *.

XVII. Codex Reg. 2244. Membranaceus ſeculo XV. manu Georgii Hermonymi Spartani, qui Lutetiae Literarum Profeſſor, & Capnionis Budaeique praeceptor fuit, eleganter ſcriptus atque pictus. Fuit ante hac Cardinalis Borbonii, cujus inſignia in prima pagina depicta ſunt, cum Symbolo *n'eſpoir ne peur.* Continet quatuor Euangelia Graece cum adjuncta Latina Vulgata verſione.

In eo etiam iſti Verſus reperiuntur:

, *Nil mirere meos pictura divite luxus,*
, *Splendida nec quaeras quid pia ſigna velint.*
, *Charolus Antiſtes proles Borbonia gemmis*
, *Retulit haec Graecis facta characteribus*
, *Cardineus Paſtor &c.* *.

XVIII. Codex Reg. 1886. membranaceus in folio eleganter ſcriptus, in quo abbreviationes frequentiſſimae, continet Acta & Epiſtolas Apoſtolorum cum Apocalypſi. Adſunt etiam prologi Euthalii, item Oecumenii & variorum Scholia. In frontiſpicio aliquot Jambi leguntur aureo charactere unciali. Palaeographia X. ſeculo adſcribit, nobis aliquot ſe-

F culis

culis junior videtur. Fuit quondam Joannis Lascaris, ut haec verba scripta docent „ Hunc librum dono dedit Joannes Lascaris Graecus mihi Petro „ Merieli Constantiensi 1. Jan. 1518."

XIX. Codex Reg. 1885. Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas continens, in folio membranaceus, tempore Henrici IV. religatus, cum Editis plerumque consentiens. †

XX. Codex Reg. 2247. Acta & Epistolas Apostolorum continens, in folio minori, cum Editis plerumque consentiens, membranaceus. †

XXI. Codex Reg. 2248. Acta & Epistolas Apostolorum continens, membranaceus in octavo. †

XXII. Codex. Reg. 2241. IV. Euangelia continens.

XXIII. Codex Reg. 1869. IV. Euangelia continens.

XXIV. Codex Reg. 1883. IV. Euangelia continens.

XXV. Codex Reg. 2860. IV. Euangelia continens.

XXVI. Codex Reg. 1884. Euangelistarium continens recenti manu scriptum. Octo isti Codices a Simonio producuntur ad Joannis Cap. VIII. & I. Joann. V. 7.

XXVII. Codex Reg. 2248. 1. comprehendens Acta & Epistolas Apostolicas cum Apocalypsi, in Quarto scriptus manu Hermonymi, ut Codex XVII. ex Bibliotheca Telleriana in Regiam translatus; ad hunc provocat J. le Long, Epistola de loco I. Jo. V. 7.

XXVIII. Codex Colbertin. (quorum superiori anno ad Bibliothecam Regiam magna accessio facta est) 614. Continet Euangelistarium seculi XIII. ut ex nota in fine apposita colligo, ἐτελέσθη τοῦτο τὸ ἱερὸν....: διὰ χειρὸς Γεωργίου ἱερέως τοῦ Ῥοδίου, διὰ συνδρομῆς καὶ πολλοῦ πόθου.... διὰ ψυχικῆς αὐτοῦ σωτηρίας, καὶ ἐτέθη εἰς τὸν πανσεπτον ναὸν τοῦ μεγάλου Ἐπιφανίου ἤγουν τῆς ἐγκλήτης. . . .: εἰ δὲ τις βουληθῆ ἆραι τοῦτο κρυφίως ἢ καὶ φανερῶς, ἕξῃ τὰς ἀρὰς τῶν ιβ. Ἀποστόλων, καὶ ἀρὰν εὕρῃ κακίστην πάντων μονάχων. Idem Georgius simile Euangelistarium scripsit Ao. 1205. quod in Bibliotheca Regia extat, & in Palaeographia describitur. *.

XXIX. Codex Colb. 648. Euangelistarium seculi XIV. in fine habet, ἐγράφη χειρὶ Κοσμᾶ μονάχου τοῦ παναρέτου; cui haec aetas assignatur in Palaeographia. *.

XXX. Codex Colb. 681. Euangelistarium mutilum, desunt enim Lectiones festorum. *.

XXXI. Codex Colb. 721. Euangelistarium, in quo plura desunt, quam in praecedenti. *.

XXXII. Codex Colb. 1265. Euangelistarium de Sanctis a feria 2. post novam Dominicam ad XI. Junii videtur esse pars altera Codicis XXXI. *.

XXXIII. Codex Colb. 824. Euangelistarium a feria 2. post Dominicam Thomae, deest initium; videtur scriptus esse in usum Ecclesiae Constantinopolitanae, praeterquam enim quod frequens fit mentio Archiepiscopo-

ſcoporum Cp. exhibetur etiam Lectio in σύναξιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς χαλκοπρατείοις, quae regio Urbis Conſtantini fuit. *.

XXXIV. Codex Colb. 1241. Euangeliſtarium, in quo deſunt quaedam hinc inde folia. *.

XXXV. Codex Colb. 1282. Euangeliſtarium. Charta laevigata eſt & binae Columnae in ſingulis paginis eleganter ſcriptae ſunt: in fine haec nota a Librario adjecta eſt:

Χριστὲ δίδου πονέοντι τεὴν πολύολβον ἀρωγὴν
ἐγὼ Ἰωάννης Θεοφύλακτος. *.

XXXVI. Codex Colb. 1824. Euangeliſtarium ejusdem aetatis & commatis, cujus eſt Codex XXXIV. *.

XXXVII. Codex Colb. 2465. Euangeliſtarium, in quo multa deſunt; mentio ibi fit cujusdam Philippi ἐγὼ φίλιππος τοῦ Σαλαμοῦ: notantur anni τῆς χριστογονίας 1393. 1413. 1466. *.

XXXVIII. Codex Colb. . . . . Euangeliſtarium. *.

XXXIX. Codex Colb. 2467. continet IV. Euangelia in folio. †

XL. Codex Colb. 3947. Quatuor Euangelia, adjecta eſt Euangeliis Matthaei & Marci Verſio Latina. ‡

XLI. Codex Colb. 4112. in Quarto. IV. Euangelia cum Commentariis. †

XLII. Codex Colb. 2259. IV. Euangelia. †.

XLIII. Codex Colb. 4078. IV. Euangelia cum Commentariis ſeculi XI. in Quarto membranaceus, deſcribitur in Palaeograph. p. 51. †

Quinque iſtos Codices contulit R. Simonius, & in Critica ſua hinc inde ad eosdem provocavit, unde Millius Variantes ſuas Lectiones excerpſit: ego vero integram Collationem manu ipſius Simonii margini N. T. a Curcellaeo editi adſcriptam beneficio Reverendi Petri Alixii accepi, atque in meas ſchedas transſcripſi; quae tamen Collatio hoc habet incommodum, quod non ſingulos Codices ſuo nomine appellet, ſed ex iſtis quinque modo unum, modo duos, tres, quatuor, vel quinque conjunctim ſimpliciter memoret.

XLIV. Codex Colb. 6043. Quatuor Euangelia, ad quorum marginem eleganter depictae ſunt imagines rerum in Euangelii Textu deſcriptarum. Liber bene antiquus, ſed plurimum paſſus ab Emendatore aliquo, qui in Euangeliis tribus poſterioribus textum miſere violavit, Lectionibus haud paucis ſeu penitus eraſis ſeu etiam in ipſarum locum ſubſtitutis aliis. Millio, qui eum ita deſcribit, eſt Colb. 1.

XLV. Codex Colb. 4705. ſeptingentis plus minus annis abhinc exaratus, ſi rite judicat D. Larroquius. Codex iſte Euangeliorum mutilus indiciis ſatis luculentis, ſcriptura peſſima, totoque certe contextu ſe unum ex iis eſſe prodit, quos ſcribae Latini literarum Graecarum rudes in Occidentalium ſtudioſorum gratiam ex Graecis exemplaribus, qualia apud-

F 2 ipſos

ipsos fere extabant, misere corruptis & vitiatis, pro modulo exscripsere. Scatet ubique Lectionibus peculiaribus; mirifice interpolatus est ceterorum Euangeliorum Lectionibus. Ita Millius de suo Codice Colb. 2. quae tamen ex Lectionibus ab ipso notatis equidem hactenus deprehendere non potui.

XLVI. Codex Colb. 6066 Quatuor Euangeliorum truncatus XV. primis Matthaei Capitibus. Abundat Scholiis e margine traductis, & adspersus est hic illic particulis initialibus Lectionariorum: Peculiares Lectiones habet haud paucas; & in plurimis ubi diversus incedit a plerisque aliis, convenit tamen cum Exemplari Ephesio; ita describit Millius Codicem suum Colb. 3.

XLVII. Codex Colb. 4444. continet XVI. priora Matthaei Capita in quarto. Millio Colb. 4.

XLVIII. Codex Colb. 6083. continet Lectiones e reliquo Matthaeo & Marci Capp. sex primis & septimi parte. Codex iste recentioris scripturae est, & accedunt characteres ejus ad formam typorum vulgarium. Millius praecedenti jungit & vocat Colb. 4.

„ XLIX. Codex Colb. 6511. fragmentum continet a Matth. X, 22. ad „ finem Capitis XXV. Millio Colb. 5.

„ L. Codex Colb. 2844. Novum Testamentum excepta Apocalypsi in „ grandi folio, Allixii judicio sexcentorum annorum & amplius. Ordo „ non idem est in Epistolis, qui in vulgatis MSS. incipit cum Epistola pri- „ ma ad Corinthios & post Johannis tertiam sequitur Epistola ad Roma- „ nos. Manifestum est, Codicem hunc ex iis fuisse, quos in usum Occi- „ dentalium ex interpolatis ac mirifice corruptis Graecis suis scribae lin- „ guae istius rudes exscripserant". Quod Millii judicium, donec plenius de eo nobis constet, in medio relinquimus. Millio est Colb. 6. 7. 8.

Variantes Lectiones istorum septem Codicum Millius, Collectore D. Larroqnio, procurante vero P. Allixio, quem promotorem sui Operis summum vocat, edidit: quo miror magis, cur idem Millio lectiones quinque illorum Codicum, a Simonio collatorum & paulo supra recensitorum, non item communicaverit.

LI. Codex Colb. 871. Epistolae Pauli & Catholicae.

LII. Codex Colb. 6123. Acta & Epistolae Apostolorum.

LIII. Codex Colb. 4785. Acta & Epistolae Catholicae cum scholiis marginalibus.

LIV. Codex Colb. 6584. Acta & Epistolae Apostolorum cum Apocalypsi.

Horum quatuor Codicum mentionem facit Simonius Dissertatione in locum I. Jo. V. 7. testaturque quosdam ex illis esse chartaceos atque nuperos.

LV. Co-

LV. Codex Coislin. 195. eleganter scriptus foliorum 468. continet IV. Euangelia cum scholiis variorum Patrum, item Titi Bostrensis, Victoris Antiocheni, Thalassii Monachi & presbyteri, Anastasii, Ammonii. In fine Matthaei haec habentur: ἑρμηνεία τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου ἐν ἐπιτόμῳ, ἐγράφη δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐκεῖνο εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἐπὶ Σεργίου Πατριάρχου; quid sit πατριαρχεῖον explicat Balsamon ad Can. 9. Concil. Oecum. VII. ἐπισκοπεῖον, inquit, τῆς Κωνσταντίνου πόλεως τὸ πατριαρχεῖόν ἐστι. Cum autem Sergius seculo demum XI. Constantinopolitanam sedem tenuerit, itteque Codex sit ex alio descriptus, patet non ad seculum X. ut in Bibliotheca Coisliniana collocatur, sed summum ad XI. referendum esse. Fuit olim Monasterii S. Nicolai cognomento Stauronicetae in monte Atho, ut in fine Libri adnotatum est. *.

LVI. Codex Coisl. 199. foliorum 325. quem XI. seculo adscribit Catalogus, continet totum Novum Testamentum; singulis Libris numerus τῶν στίχων sive versuum ad calcem subjectus est; Epistolis praefiguntur ὑποθέσεις Euthalii: frequenter satis erasis prioribus vocabulis alia superscripta sunt; ante Apocalypsin duo folia vacua relicta sunt: ipsius Apocalypseos margini plurimae notulae adspersae. Ad calcem manu aliena haec habentur: ἀφιέρωσεν τὸ ἱερὸν τοῦτο Εὐαγγέλιον ὁ εὐλαβέστατος ἐν ἱερ; . . . . παπᾶ κῦρ Δημήτριος ἔτους ζρλε. † ἀνεκαινίσθη παρ' ἐμοῦ τοῦ Ἐλαχίστου καὶ. . . . quae temporis notatio Annum C. 1627. indicat. *.

LVII. Codex Coisl. 25. foliorum 254. seculi XI. complectitur Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas, cum Scholiis Patrum, praecipue Ammonii presbyt. Severi Antioch., item Nicolai presbyteri & Monachi, Arsenii Tripolitani, Maximi, Theodori Monachi, Isidori Pelus. in I. Jo. IV. notantur οἱ Μανιχαῖοι οἱ νῦν ἀρτιφανεῖς Παυλικιανοί. Habet etiam divisiones Euthalii, quem perperam Pamphilum vocat. In fine adjectum nomen ejus, qui σχόλια quaedam ἐν παραγραφῇ reliquis adjecit in margine sed minio scripta: Ἀνδρέου δὲ τοῦ ταπεινοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ συναγαγόντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ παραγραφὰς, οἱ ἐντυγχάνοντες ὑπερεύχεσθε, ἵνα ὁ Θεὸς δωρήσηται αὐτῷ ἔλεος ἐν τῇ φοβερᾷ καὶ ἀδεκάστῳ τῆς κρίσεως ἡμέρᾳ. Παρακαλῶ δὲ τοὺς γράφοντας ταύτην τὴν βίβλον καὶ τὴν προκειμένην εὐχὴν μετὰ τῆς παρακλήσεως τάσσετε. In fine legitur ab alia manu Graeco-barbara quaedam, ut videtur, imprecatio in fures librorum; in principio vero μνήσθητι κύριε τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Ἀργυροῦ Ἱερέως τοῦ Καριανοῦ εἰς τὸ ζλζ. ἔτος i. e. Christi 1529. alibi p. 101. ὅταν ἐκυμηθημεν ὁ ὑερὺς Κοσατίνου ὁ ἡγούμενος ἔτει ϛϠπϛ μηνὶ μαρτίῳ κζ. ἡμέρα, γ. i. e. C. 1478. *.

LVIII. Codex Coisl. 26. XI. seculi, constans foliis 381. continet Commentaria in Acta & Epistolas Apostolorum, nulla facta mentione Auctorum, unde desumta sunt; Initio sequentes Jambi praefiguntur.

 Ἰδὼν

Ἰδὼν τὸ κάλλος ὧδε τῶν γεγραμμένων
ὡραῖον ὡς θαυμαστὸν ὡς γνῶσιν γέμον
ἀνεμποδίστως προσλαβὼν χρῶ, περίφρονα
νοῦν γὰρ πιαίνει εἰς καλῶν ὁδηγίαν &c. *.

LIX. Codex Coisl. 27. ſitu & humore foedatus, deletusque multis in locis atque mutilus, continet Epiſtolas Pauli cum Commentariis Patrum, item Gennadii & ſaepiſſime Oecumenii. Initio haec habentur: τοῦτο τὸ βιβλίον δίδοται εἰς τὴν λαύραν παρὰ Ἀθανασίου μονάχου ὑπὲρ σωτηρίας ἑαυτοῦ καὶ τῶν ψυχῶν Ησαΐου μονάχου. *.

LX. Codex Coisl. 205. XI. ſeculi, foliorum 269. continet Acta & Epiſtolas Apoſtolorum cum Apocalypſi. Deeſt folium I. Cor. XVI. 17. ad II. Cor. I. 7. & aliud Heb. XIII. 15. ad finem Epiſtolae, denique ab initio Apocal. ad II. 5. & recentiore manu ſuppletur, praefiguntur Actis & Epiſtolis ὑποθέσεις Euthalii, habet etiam ſcriptum de Prophetis & de 70. diſcipulis Dorotheo ſuppoſitum. In fine haec nota legitur; ταύτην οὖν τὴν βίβλον ἐξαγοράσας Ἀντώνιος μόναχος καὶ ξένος—ἔγραψε τὰ γράμματα ταῦτα, ἠγοράσθη δὲ ἰνδ. β. ἔτους ςφπζ. i. e. Chriſti. 1079. ad Actor. VII. 29. ad marginem notatur: ἀναγινώσκεται ἐν τοῖς χαλκοπρατίοις, quod Templum erat Conſtantinopoli B. Virgini Sacrum. Videtur ab eodem librario quo Codex VII. exaratus fuiſſe. *.

LXI. Codex Coisl. 202. XII. ſeculi, conſtat foliis 327. quorum 26. priores membranae ſunt, cetera bombycina. In membrana ſcripta eſt Apocalypſis cum Commentariis Andreae Cretenſis: in Charta bombycina Acta Apoſtolorum & Epiſtolae Catholicae cum ſcholiis variorum Patrum. Denique Epiſtolae Pauli cum notis ex Chryſoſtomo maximam partem excerptis. In fine leguntur hi verſus a manu recentiore:

εὐλαβέστατε ἐν ἱερεῦσιν ἔντως
πάππα κῦρ Θεόδωρε φίλε ἠγαπημένε,
Λάβε τὴν σαυτοῦ βίβλον τὴν θαυμασίαν &c.
Ἔρρωσο, ὑγίαινε, μετὰ τῶν σῶν ἁπάντων.
Ἰωασάφ ἐλάχιστος. *.

LXII. Codex Coisl. 24. XI. ſeculi; in quo Variorum Patrum Commentarii in Matthaeum, & Victoris in Marcum, multa etiam Photii continentur ſcholia. *.

LXIII. Codex Coisl. 20. eleganter ſcriptus ſeculo XI. Continet quatuor Euangelia, cum Commentariis Variorum, ut notatur ad calcem his verbis: πάντες οἱ φιλοπόνως ἐντυγχάνοντες τῇ τοῦδε τοῦ εὐαγγελίου συγγραφῇ, καὶ

πολλὴν

πολλὴν τὴν ὠφέλειαν, ἐκ τοῦ τῶν ποιηθέντων ἡμῖν ἀπὸ διαφόρων Ἑρμηνειῶν συναγωγῆς ἀρυσάμενοι, εὔχεσθε ὑπὲρ τοῦ φιλοπόνως ἀπὸ πολλῶν βιβλίων ταῦτα συναγαγόντος, καὶ συγγεγραφότος, καὶ συναρμόσαντος. καὶ γὰρ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων οὐ μόνον ἁγίων πατέρων ἀλλὰ καὶ ἀδοκίμων Αἱρετικῶν αὕτη ἡ βίβλος ἐσχεδιάσθη. Fuit olim magnae Laurae S. Athanasii in monte Atho, quod testatur haec nota in fine libri recenti manu scripta p. 508. αὕτη ἡ ἱερὰ καὶ θεία βίβλος ἀφιερώθη εἰς τὴν σεβασμίαν καὶ βασιλικὴν Ἀθωνικὴν Λαῦραν τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου. καὶ εἰ βουληθείη τις ἢ ἱερομόναχος ἢ ἰδιώτης ἢ ἄλλο πρόσωπον ἀλλοτριῶσαι καὶ μεταθῆναι εἰς ἕτερον μοναστήριον, ἢ χάριν φιλίας φιλοδωρήσασθαι τινος, ὥστε ἀποξενῶσαι παντελῶς τοῦ μοναστηρίου, ἐχέτω τὰς ἀρὰς τῶν τιη. Θεοφόρων πατέρων, καὶ ἔσω ἀφωρισμένος ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. *.

LXIV. Codex Coisl. 21. XI. seculi, continens quatuor Euangelia cum scholiis brevioribus; duo priora folia partem Epistolae Origenis ad Africanum exhibent alia manu scriptam. *.

LXV. Codex Coisl. 200. XIII. seculi, continet totum Novum Testamentum praeter Apocalypsin. (nam in Catalogo hujus Bibliothecae Apocalypsis per errorem pro Epistolis Paulinis ponitur) Desunt hinc inde folia quaedam, ut Matth. XIV. 15. ad XV. 30. XX. 14. ad XXI. 27. Marc. XII. 3. ad XIII. 4. Hic Codex dono missus fuit Ludovico IX. Galliarum Regi, ut fidem faciunt sequentia verba in principio apposita: „ Μιχαὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ τῶν Ῥωμαίων Δούκας Ἄγγελος „ Κομνηνὸς ὁ Παλαιέλογος, Michael in Christo Deo fidelis Imperator & Moderator Romanorum Ducas Angelus Comninus Paleologus & nobus Constantinus semper Augustus, Serenissimo Domino Lodowico illustrissimo Regi Franciae salutem. Eltham Alahu Imperator Tartarorum, ejus filius Eltham Apagan, qui duxit filiam Mikaelis & baptizatus est, a la Curia Romana 1269. itaque in estate istius anni fuerant ad Dominum Regem, & in hieme sequente venit alius nuncius ab eodem Mikaele ad eundem Regem". In isto Codice frequentes omissiones occasione ejusdem vocis, quae in duabus deinceps periodis occurrebat, invenimus: in margine sunt hinc inde notae Latinae, quibus Textus Graecus cum versione Latina comparatur: plures item correctiones in Graecis. Nescio quo modo pervenit in manus D. D. Prez Savigni indeque in Bibliothecam Patrum Cadomensium societatis Jesu Ao. 1640. transiit. Et quod praecipue commemorandum est, hoc eodem Codice R. Stephanus usus est, in cujus editione sub nota θ. occurrit, id quod cum totum conferendo comperi, tum praecipue ex eo, quod Stephani idem ille Codex nullas Variationes habet, ubicunque in isto Codice aliquid desideratur, quodque fere Lectiones singulares utrobique eaedem sunt.

De eo Millii istuc judicium est: „ Codex, inquit, unus e praestantioribus, cujus proinde Textum pene universum in editionem suam admisit Ste-

„ Stephanus; exhibet Editionis Stephanicae margo variationes Codicis „ hujus circiter 366. multo plures ostensurus, ut videtur, si accuratius „ paulo instituta fuisset collatio". Ubi quod de praestantia Codicis ait & nos habet assentientes; quod item de pluribus aliis a Stephano non observatis variationibus addit, id quoque haud secus ex inspectione & collatione cognovimus: quod vero adjecit, Stephanum ad eum potissimum suum conformasse Textum, id & ab iis, quae deinceps subjungit, aperte dissidet, & nullo plane indicio constare ipsi potuit. *.

LXVI. Codex Coisl. 23, seculi XII. Continet IV. Euangelia cum Scholiis Variorum. Monasterio S. Athanasii in monte Atho illatus est per monachum Macarium A. C. 1218. Ceterum ita exacte per omnia congruit cum Codice LV. ut pro ipsius Apographo habendus sit. *.

LXVII. Codex Coisl. 22. Continet IV. Euangelia cum Scholiis. A Joann. XX. 25. ad finem omnia desiderantur: ita autem negligenter scriptus est, & ita congruit cum aliis Codicibus sequioris aevi, ut vix ausim eum cum Catalogo Bibl. Coislin. seculo XI. adscribere. Fuit autem Codex Constantinopolitanus, quod ex istis notis in fine ab alia manu adjectis conjicio: Ἀυγουςῳ κς. τ̃ ἁγίων μαρτύρων Ἀδριανȣ̃ καὶ Ναταλίας ὥρα ς. τ̃ νυκτὸς ἐγίνετο σεισμὸς Φρικώδης μέγας ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Κωνςαντίνου; item Νοεμβρίῳ κθ. ινδ. η. ἐν σαββάτῳ ὥρα η. τοῦ ἡλίȣ λάμποντος καθαροῦ, ἐγένετο σεισμὸς Φρικώδης μέγας εἰς τὴν ἀθλίαν Κωνςαντίνου πόλιν. τὸν ὅρον τούτων Κύριος οἶδεν. quae mihi non ut in Catalogo dicuntur Graeco-barbara, sed satis Graeca videntur; postea in montem Atho delatus est, quod testatur nota a manu recentiore ultimae paginae 309. adscripta: ἡ βίβλος αὕτη ὑπάρχει τ̃ θείας καὶ ἱερᾶς μονῆς τοῦ μεγάλου Νικολάου τ̃ ἐπικεκλημένης τȣ̃ Σταυρονικήτα. *.

Istos tredecim Codices, facta mihi singulari humanitate a R. P. Carolo de la Ruë Ord. S. Benedicti inspiciendi copia, qua potui diligentia (exceptis Epistolis Paulinis Codicis LXI. quas obiter tantum perlustrare licuit) cum editis eo quo recensui ordine contuli.

LXVIII. Codex Euangeliorum olim Cardinalis Perronii; pertinebat, antequam in manus ejus devenerat, ad S. Taurini monasterium Ebroicense optimae notae & plus quam octingentorum annorum, judice Bernardo Montfauconio, a quo diversas ejus Lectiones accepisse se Millius fatetur.

LXIX. Codex Euangeliorum Medicaeus dictus, cujus V. L. Petrus Pythoeus ad marginem N. T. a Stephano A°. 1550. curati notaverat: Pythoei Codicem Eduardus Bernardus sibi acquisivit in Anglia, atque cum Millio communicavit: Medicaeus autem, referente Amelottio, qui eo usus est, jam in Trecensi Collegio adservatur.

LXX. Codex San-Maglorianus constat duobus Voluminibus continetque totum Novum Testamentum excepta Apocalypsi. Seculo IX. adscribit

bit qui eo usus est Dionysius Amelotte, at Rich. Simonius non ultra quadringentos aut quingentos annos illi tribuit.

LXXI. Codex Bibliothecae D. Victoris ad urbem continens Euangelia, citatur a Budaeo ad Pandectas p. 151. in 8o. & a Beza in Matth. VI. 34.

LXXII. Codex Stephani ις. continens Apocalypsin.

LXXIII. Codex Stephani ια. continet Acta & Epistolas Apostolorum. Notat Estius Comm. in I. Pet. III. 19. Codicem hunc non esse magnae fidei, quod existimetur ad Latinos Codices accommodatus.

LXXIV. Codex Stephani ιγ. complectitur Acta & Epistolas Apostolorum.

S E C T I O II.

De Codicibus Anglicanis.

I., COdex Bodlejanus 1. Quatuor Euangeliorum Octavo nitidissime descriptus, sed haud ita vetustus. Ad Lucam etiam ponitur numerus στίχων, ex quo constabat.

II., Codex Bodl. 2. Quatuor Euangeliorum annis abhinc 300. descriptus charactere nitidissimo. Et hic habet numerum στίχων.

III., Codex Bodl. 4. Euangelistarium mancum annorum circiter 500.

IV., Codex Bodl. 5. Euangelistarium nitidissime descriptum, sed manu recentiore, advectum e Turcia & ab Eduardo Hyde, Comite Clarendoniae Cancellario Academiae in Bibliotheca Bodlejana repositum. Fuit primo Parthenii Patriarchae Constantinopolitani, qui illud dono dedit Heneagio Finch Comiti de Winchelsey ad Turcarum Imperatorem Legato A°. 1661.

V., Codex Bodl. 6. Quatuor Euangeliorum in Duodecimo quod vocant crassiusculo recenti atque pessima manu scriptus. In principio Codicis occurrit literis majusculis vox σερβοπουλος, nomen, ut opinor, Librarii; certe ejusdem omnino characteris cum hisce nostris esse censeo Chrysostomi Homilias quasdam in Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxon. repositas, quas conscripsit Graeculus quidam Redingae Ao. 1499. neque vero ultra aetatem istam assurgere videtur hoc exemplar. Iste Codex cura Usserii collatus est, qui etiam Varias ejus Lectiones in Polyglottis Anglicanis N°. 13. editas exhibuit.

 VI. Co-

VI. , Codex Bodl. 7. complectitur IV. Euangelia Quarto majori cum , Scholiis marginalibus. Textus ipse charactere satis eleganti, verum non , ita vetusto, exaratus est, σχόλια sunt manus paulo recentioris. Notatur , etiam, quot ῥήματα & στίχους singuli Euangelistae contineant.

VII. Codex Roe 1. quatuor Euangeliorum membranaceus forma minori.

VIII. Codex Roe 2. membranaceus in Quarto, continet Epistolas Pauli cum Scholiis ex Patribus & Oecumenio. Duos istos Codices donavit Bibliothecae Bodl. D. Thomas Roe e Turcia redux sub annum 1628.

IX. Codex Baroc. n. 3. Acta & Epistolae Apostolorum & Apocalypsis cum Scholiis: membranaceus est Codex, initio ad Cap. XI. 13. Actorum & in fine tribus postremis Apocal. capitibus mutilatus, priorem tamen defectum manus recens & imperita in charta supplevit.

X. Codex Laud. 1. continet Euangelia cum Commentariis, est membranaceus in Quarto majori plurimum mutilatus, incipit Matth. IX. 36. a Matth. XII. 3. ad 24. deest folium, item aliud a XXV. 20. ad 32. a Cap. V. Joannis vers. 18. desunt omnia. Codicem annorum circiter septingentorum esse conjicimus.

XI. Codex Laud. 2. Universum N. T. complectitur excepta Apocalypsi. Codex membranaceus est in Quarto grandiori. Partium ordinem turbavit bibliopegus, Euangelia ultimo loco ponens; habet prologos Euthalii, scriptus videtur annis abhinc 400.

XII. Codex Laud. 4. continet Euangelistarium scriptum, ut apparet, in fine ejus a quodam Onesimo, mense Aprili, Indictione ιϛ. anni ϛφνε, h. e. Christi 1047.

XIII. Codex Laud. 5. Euangeliorum membranaceus Octavo minutiori, eleganti descriptus charactere. Ad calcem Joannis indicat scriba nomen sibi fuisse Nicetae, & a se scriptum fuisse hoc exemplar anno 6794. seu Christi 1286.

XIV. Codex Seldeni 1. IV. Euangeliorum membranaceus in Octavo, charactere nitidissimo. Liber est minus vetustus, neque enim ultra annos quadringentos assurgere videtur.

XV. Codex Seldeni 2. Scriptus ut constat ex calce ἔτει ϛωμϛ, sive Christi 1338. Complectitur IV. Euangelia satis pulchre exarata.

XVI. Codex Seldeni 3. Euangeliorum manu pulcherrima scriptus, sed recentiore, ad finem Euangeliorum notatur numerus στίχων.

XVII. Codex Seldeni 4. Euangelistarium vetustum, sed mutilum.

XVIII. Codex Seldini 5. Euangelistarium vetustum, sed lacerum.

XIX. Codex Euangelii S. Joannis in Duodecimo scriptus elegantissima manu Jo. Trithemii Abbatis Spanhemiensis, seculo XV. exeunte: Bibliothecae Bodl. dono dedit Georgius Hackwell, qui & ipse illud acceperat

ab

ab Abrahamo Sculteto Theologo Palatino Jan. 26. 1607. Variantes ejus Lectiones Usserius in Polyglottis edendas curavit.

XX. Codex continens Catenam in Epistolam ad Romanos, exscriptam ex nescio quo Codice Gaditano per Joann. Lluydum A°. 1601.

XXI. Codex Lincolnienfis Collegii Oxonii: continet IV. Euangelia: eum donavit Edmundus Audley Episcopus Sarisburiensis, cujus tempore sub annum 1502. & in ejus quidem gratiam a Graeculo quodam tum apud Anglos commorante descriptum fuisse credibile est.

XXII. Codex Lincoln. 2. membranaceus vetustus, continet Acta & Epistolas Apostolorum cum Prologis Euthalii & numeratione τῶν ςίχων. Est autem hic Codex accurate descriptus & ad optimum exemplar.

XXIII. Codex Magdalenensis Collegii, continet Novum Testamentum integrum excepta Apocalypsi, initio Marci deest folium; charactere admodum minuto, manu tamen perita scriptus est; alicubi a juniore manu adscriptum est ἰσχωτώθην ὁ πανυψηλώτατος αὐθέντης ἡμῶν Πάλσας ἠπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐθνῶν, μηνὶ Σεπτεμβρ. ιη. ἡμέρα β. ἔτους ςοGδ τῆς ἐνδικτίωνος τις ι. i. e. Christi 1386. Hammondus in Annotationibus in N. T. saepe ad illum provocat, testaturque in praefatione, se illum bis cum editis contulisse. †

XXIV. Codex Magdal. 2. Epistolarum ad Romanos & Corinthios pulchre scriptus, circumfusus est textus ejus Scholiis Oecumenii. †

XXV. Codex Novi Collegii Oxon. Continet IV. Euangelia, Acta Apostolorum & Epistolas Pauli, ineleganti admodum charactere. Convenit in multis cum Codice Montfortii, in quibus seorsim abeunt hi duo a reliquis plerisque omnibus: Euangelio Joannis praefixum est Argumentum Theophylacti; Codex iste geminus plane videtur alterius illius supra memorati XXI. ejusdem characteris ejusdemque forte librarii. A Latino scriptum esse inde patet, quia habet eandem divisionem Capitum ac Latini, quae in Codicibus ex Graecia allatis nunquam reperitur. †

XXVI. Codex Coll. Nov. 2. Complectitur Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas. Membranaceus est in Quarto eleganterque descriptus. Textum comitatur Catena ex multis Patribus. †

Horum sex Codicum V. L. cura Usserii in Polyglottis editae sunt.

XXVII. Codex Coll. Nov. 3. in Quarto continet Acta & Epistolas Apostolorum cum perpetuis Commentariis ex Patribus & Oecumenio in margine descriptis, mutilatus est a vers. 21. ultimi Capitis ad Hebraeos ad finem Epistolae.

XXVIII. Codex Collegii Gonvilli & Caii apud Cantabrigienses membranaceus IV. Euangeliorum, quondam Communitatis fratrum Minorum Oxoniae; negligenter scriptus est, dum Librarius sive inertia sive etiam operis nimia festinatione non modo pauca subinde verba sed & integros haud raro versiculos, ubi ab eodem verbo incipiunt, aut iisdem vocibus

G 2 con-

concluduntur, omisit. Variantes ejus Lectiones primum in Polyglottis editae sunt.

XXIX. Codex Collegii Emanuelis Cantabrigiae continens Epistolas minutis literis scriptus in forma minori ante pauca secula; a I. Cor. XI. 7. ad XV. 56. est mutilus, item ab Heb. XI. 27. ad finem Epistolae, deest praeterea primum Caput prioris Petri, quartum primae Joannis, ejusdem secunda tota ac tertia cum Epistola Judae. Etiam hujus Lectiones in Polyglottis extant. †

XXX. Codex Collegii Christi membranaceus in Octavo, continet Acta & Epistolas Apostolorum. Desunt tamen Actor. I. ad vers. 10. item ab XVIII. 20. ad XX. 14. quingentorum est annorum; Thomas Gale contulit & eum cum editore Oxoniensis N. T. Aº. 1675. communicavit.

XXXI. Codex Joannis Mori Episcopi Norvicensis, post ejus mortem beneficio Georgii I. Regis cum reliqua supellectili ejus libraria in Bibliothecam publicam Cantabrigiensem translatus, continet Euangelia anno ut expressum est ad calcem voluminis 6805. i. e. Christi 1297. eleganter descripta. Subnectitur eidem liber Apocalypseos a manu multo recentiore.

XXXII. Codex Montfortii seculi XVI. continet Novum Testamentum recentiori & minus diligenti manu descriptum: fuit olim Fratris Froy Franciscani, postea Thomae Clementis, deinde Guilielmi Charci ac demum Thomae Montfortii S. T. P. Novissime in manus Usserii pervenit, nunc vero asservatur Dublinii in Collegio Trinitatis notaturque G. 97. In Euangeliis habet Capitum Divisionem eam, quae in Latinis servatur, teste Usserio, qui Euangelia & Acta Apostolorum contulit, & eorum V. L. in Polyglottis edi curavit. Vide supra de Codice XXI. & XXV.

XXXIII. Codex Henrici Googe S. T. D. & Coll. Trin. apud Cantabr. socii, continet IV. Euangelia, de eo sic Usserius; „ habet hic liber distinctionem ordinariorum κεφαλαίων.... quid sibi ista velint nescio", ait Millius. Mihi autem videtur sensus verborum planissimus, habet nimirum iste Codex Capitum eandem distinctionem ac superior. Variantes ejus Lectiones in Polyglottis extant. Quorsum iste Codex pervenerit silentio Millius involvit, suspicor autem eundem esse ac sequentem.

XXXIV. Codex Usserii 1. in folio complectitur Euangelia quatuor cum Commentariis ex Patribus, eum & sequentem in Bibliotheca Dubliniensi contulit H. Dodwellus, atque Editori Oxoniensi transmisit, qui quoniam serius ad manus ejus pervenerat ista Collatio, V. L. tantum ex Luca ac Joanne exhibuit. Postea Richardus Bulkeley nobilis Hibernus iterum cum editis contulit, Millioque obtulit.

XXXV. Codex Usser. 2. Continet quatuor Euangelia nitide descripta forma minori. Hic liber, ut ex Collationibus constat, is ipse est, cui titulum

lum Em. dedit Waltonus in Polyglottis; erat quondam, uti notavit Usserius, D. Thomae Good S.T. P. estque fortasse prima pars N. T. Collegii Emanuelis supra n. XXIX. descripti. Codex iste nitide magis quam accurate exaratus plurimis in locis deficit ob ὁμοιοτέλευτα.

XXXVI. Codex Jo. Covelli S.T. P. Cantabrigiensis ex Oriente ab ipso cum sequentibus advectus, continet Euangelia; haud sane vetustus. †

XXXVII. Codex Covel. 2. membranaceus continet Acta Apostolorum, Epistolas & Apocalypsin, scriptus est notante librario ἔτει ͵ςφλε βασιλεύοντος Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ Νικολάου Πατριάρχου, i. e. Christi Ao. 1087. †

XXXVIII. Codex Covel. 3. membranaceus Acta & Epistolas Apostolorum complectens. Primo folio deficiente mutilus est ad versum usque undecimum capitis primi Actorum. Annorum est, quantum conjectura assequi licet, circiter quingentorum. †

XXXIX. Codex Covel. 4. Chartaceus in Octavo manu recenti, continet Acta & Epistolas Apostolorum. †

XL. Codex Sinaiticus, a Covello possessore vocatus, quod olim in aedicula sacra, quae est in crepidine montis istius posita, delituerat. Exemplar est membranaceum in Quarto pessime jam olim habitum, & humore tantopere corruptum ac vitiatum, ut perierit plane scripturae pars maxima. Continebat integer Acta Apostolorum, Epistolas omnes & Apocalypsin.

XLI. Codex Thomae Gale Londini Euangeliorum in Octavo.

XLII. Codex Roberti Huntingdon S. T. P. in Oriente ab ipso comparatus, continet Acta & Epistolas Apostolorum cum Apocalypsi. Quindecim priora Capita in Actis desunt, reliqua pars Actorum, Epistolae item Jacobi, Petri & Joannis, priores a manu sunt nonnihil quam cetera juniore.

XLIII. Codex Huntingd. 2. membranaceus vetustus sed lacerus Euangeliorum, in Euangelio Joannis desunt omnia a Cap. VI. 64. ad finem libri.

XLIV. Codex Georgii Wheeler Ecclesiae Dunelmensis Canonici cum sequentibus ex Oriente allatus, complectitur Euangelia in Octavo.

XLV. Codex Wheeler. 2. membranaceus in Quarto cum Scholiis, continet Euangeliorum partem, nempe Lucae omnia ab initio orationis Dominicae Cap. XI. 2. ad finem, & Joannem exceptis duobus aut tribus foliis integrum.

XLVI. Codex Leicestrensis recentiori Scriptura est, complectitur totum N. T. praeter partem Matthaei usque ad Cap. XVIII. 15. & duo postrema Apocalypseos Capita. Congruit fere cum Codice Gallicano XII.

XLVII. Codex D. Bunckle Londinensis IV. Euangeliorum scriptus post inventionem artis typographicae, non, ut Millius judicat, ante hanc,

 a Ge-

a Georgio Spartiata, qui A°. 1476. a Sixto IV. Papa in Angliam miſſus eſt, (teſte Allatio de Georgiis) qui etiam Codices Gallicanos XVII. & XXVII. exaravit.

XLVIII. Codex Epheſius Euangeliorum. Scriptus anno, quem notula ad calcem ſubjecta libri indicat, 1166. Pertinebat olim ad Epiſcopum quendam Epheſiorum, advexit autem ſecum ex Oriente Thomas Trahernius, ejusque V. L. Syllogen una cum libro ipſo in Bibliotheca Lambethana repoſuit.

XLIX. Codex Aulae Trinitatis Cantabrigiae, continet Lectiones ex Epiſtola priori Petri & Joannis a Jo. Battelejo S. T. P. cum Millio communicatas.

L. Codex Bibliothecae Cantabrigienſis publicae continet Acta & Epiſtolas Apoſtolorum, in Quarto minori ſeculo XII. parum accurate ſcriptus & mutilus, deſunt enim ab initio XI. priora Actorum Capita, item a Cap. XI. 22. ad 33. & a XIV. 23. ad XV. 10. I. Cor. tria priora Capita, primum & tertium prioris ad Timotheum, ad Titum Capitis primi pars & ſecundum, cum Epiſtolis ad Philemonem & ad Hebraeos. Seculo XIV. fuit in poteſtate Κοσμᾶ ἱερο μονάχου κήρυκος Ἐυαγγελικοῦ, qui Codicem Gallicanum XXIX. exaravit. *.

LI. Codex Bibliothecae Cantabrig. 2. continet pariter Acta & Epiſtolas Apoſtolorum. *.

LII. Codex Bibliothecae Regiae Weſtmonaſterienſis 935. Chartaceus a tineis exeſus & ſitu corruptus, continet Acta & Epiſtolas Apoſtolorum. *.

Tres noviſſimos cum editis contuli, reliquos omnes Millius ſe contuliſſe teſtatur, quem etiam in denominatione & deſcriptione Codicum, niſi quod pauca ſubinde, ſicut ex inſpectione Codicum didiceram, vel addenda vel detrahenda judicabam, ſecutus ſum.

SECTIO

SECTIO III.

De Codicibus Variis hinc inde repertis.

I. Codex Bibliothecae Basiliensis B. VI. 27. membranaceus in Octavo foliis 303. seculi X. continens Novum Testamentum integrum praeter Apocalypsin. Bibliopegus imprudens praemisit Euangeliis Acta & Epistolas, quibus praefiguntur singulis prologi ὑποθέσεις & κεφάλαια Euthalii Diaconi, in fine est δήλωσις τ̃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀφειλόντων λέγεσθαι Ἀποστολοευαγγελίων, in prima litera Actorum Epistolarumque imagines Lucae, Jacobi, Judae vel Pauli depictae sunt, Textus autem ubique fere congruit cum MSS. Junioribus, ex quibus Editiones typis vulgatae curatae sunt: longe aliter se res habet in Textu Euangeliorum; qui cum vetustissimis Codicibus atque Patrum Citationibus fere consentit, de quo vide quae observavimus supra Cap. I. §. 12.

Singulis Euangeliis praefixae fuerant olim picturae, sed quae a tribus prioribus Euangeliis jam una cum quatuor aliis foliis recisae sunt: in fronte Euangelii Joannis vero depictus conspicitur Christus, sinistra tenens Crucem duplicem, dextram vero duobus viris porrigens, quorum prior veste caerulea indutus, barbaque candida insignis, capite obvelato conspicitur, posterior vero vultum praefert juniorem, vesteque purpurei coloris indutus est; ad pedes Christi jacet Clavis; ad sinistram ejus stant duae personae, quarum altera amplectens crucem, coronam auream gestat in capite, indutaque pallio est caerulei coloris auro distincto, barba crinibusque canis; altera junior videtur veste purpurascente coronaque aurea insignis, cum hac epigraphe adjecta, † ἡ ἀνάστασις † duobusque Jambis

Ἀλκῆς φέρων μίμημα καὶ κράτους Λέων
Ἄνακτα Χριστὸν πανσθενῆ προδεικνύει.

Unde conjicimus duas istas figuras exhibere Leonem Sapientem cum filio Constantino Porphyrogenneto; alluditur quippe ad nomen Leonis, quod & Imperatorem & Animal fortissimum & ipsam fortitudinem denotat, teste Clemente Alex. Strom V. p. 413. ubi de signis Aegyptiorum hieroglyphicis scribens eadem fere verba habet: ἀλκῆς μὲν καὶ ῥώμης σύμβολον αὐτοῖς ὁ Λέων: simul etiam alluditur ad Resuscitationem Lazari, Joann. Cap. VI. expositam, & ad templum memoriae hujus resuscitationis ab ipso Imperatore Leone dicatum, cujus rei testis est Codinus de Officiis Cap. 16. κατὰ

τὰ τὴν Ἀνάςασιν τοῦ ἁγίου Λαζάρου, εἰς τὴν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τιμωμένην σεβασμίαν μονὴν, & Leo Grammaticus: ἔκτισεν ὁ Λέων εἰς τοὺς λεγομένους τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον κατασκευάσας μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων, ἔνθα καὶ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Similes occurrunt verſus inter Opera Theodori Studitae a Sirmondo edita, p. 170.

Λέων σὺν υἱῷ τῷ νέῳ Κωνςαντίνῳ

Item pag. 199.

Οἱ τὸ κράτος λαβόντες ἐκ θεοῦ μόνον.
Λέοντε Κωνςαντῖνος οἱ ςεφηφόροι &c.

Quare Imperatoris fuiſſe Codicem fortaſſis inde etiam conjici poteſt, quod & τιτλοι Euſebiani omnes aureis literis ſcripti, & primae ſingulorum librorum paginae Diſtinctiones aureis punctis notatae ſunt, inſtar Codicis Gallicani XIII. Conceſſit poſtea in uſus alicujus Eccleſiae, ut videtur, quo tempore manus imperitior & junior principium & finem Ἀναγνώσεων margini adſcripſit, una cum hac precatiuncula: κύριε συγχώρησον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Μαλαχίου ἱερομονάχου τὸ τοῦτο γράφοντος.

Fuit hic Codex denique Cardinalis Raguſini, qui illum teſtamento legavit fratribus Praedicatoribus Conventus Baſilienſis, a quibus Reuchlinus mutuo acceptum ultra 30. annos detinuit, donec poſt mortem ipſius redderetur: ſicut in ipſo hoc Codice notatum reperi; cujus rei ſequens Epiſtola, in Codice MS. E. III. 15. religata pleniorem fidem facit: „ M. „ Joannes Reuchlin Phorcenſis Doctori Jacobo Louber Carthuſiae Baſi„ lienſis Patri. Recte felicem judicavi proxime quartum Kl. Junias tuam „ dignationem, cum aderam in aede tua—Hoc audi & tecum habeto: „ eſſe in Bibliotheca Praedicatorum Baſilienſium quendam minutiſſimo „ ſtilo repoſitum libellum, ita ut fertilior ſit & maxime portatilis, quo e„ leganter, quas Apoſtoli Graecas conſcripſerunt literas inſunt— ita gra„ cilis & ita manualis paret, ut ſe non injuria enhiridion nominares, ic„ circo niſi eum habuero, vitam efflabo. ——— Praedicatoribus aſ„ ſentiaris, easdem, rem & propriam & ſuam & quam alias multiplici„ ter habent mihi ex bono & aequo tradituris.—— Legavit ut noſti bo„ nae memoriae Jo. Rhaguſaeus S. Sixti Cardinalis libros hujusmodi „ Graeculos Jacobitis Baſilienſibus, quos ſi alienare praeſumant poena ex„ tat adjuncta, ut in commiſſum tibi cadant— gratificari te mihi poſſe „ omnes intelligunt— fartaſſis aie, legatum eſt, ſacrum eſt.— Quem pe„ nes Commiſſoria eſt eam illum abdicare aliquando poſſe cum lubet ami„ cisque gratificari Divi Severus & Antoninus perſcripſerant.— Pace „ tua dixerim, profecto, qui ejuscemodi libris annos circiter quinqua„ ginta praeteritos, unquam uſus fuerit, eſt niſi ego ipſe alius nemo. Ita

„ ut

„ ut dedecori quandoque a plerisque habiti sint; cur? quoniam quae in- „ essent ignorabant omnes— Certum est itaque, mi Jacobe, neque qualitatis „ Graecae linguae Praedicatores hactenus capaces, neque legatariis ipsis „ tali relicto valde consultum esse -- ex Stutgard XI. Kl. Aug. 1488.

Eodem Codice etiam Polanus in adornanda N. T. versione Germanica usum se fatetur; nos vero bis atque accurate contulimus. Satis autem mirari non possumus, quod Erasmus, qui testatur hunc Codicem sibi ad manus fuisse, nescio quibus sinistris suspicionibus adductus, illo uti noluerit: Audiamus ipsum loquentem. A°. 1522. Apologia ad Stunicam in Jo. I. 47. „ Quum hae excuderentur Basileae, suppetebant nobis exempla- „ ria tria [Euangeliorum] unum quod nobis praebuerat eximius vir Jo. „ Reuchlinus, duo, quae praebuerat monasterium Praedicatorum Basileae, „ in quorum altero aderant Commentarii Graeci Theophylacti, quem nos „ toties adduximus nomine Vulgarii, quod Theophylacti vocabulum ob „ literas detritas vix legi posset". & A°. 1528. Respons. ad Object. 16. Hispanorum de loco Lucae I. 35. „ Johannes Reuchlinus suppeditarat „ Codicem N. T. bellum verius quam emendatum; is hic relictus est a „ Cardinali quodam Synodi tempore. Qui praeerat Castigationi, cum „ haberent Theophylacti vetustissimum Codicem, maluerunt illum bel- „ lum sequi. Ita factum est, ut aliquando contextui non congrueret mea „ emendatio. Hoc simul atque comperi, jussi, ne quid ad illum corri- „ gerent, qui videretur ad Vulgatam Latinorum ac recentem Lectio- „ nem emendatus".

Malebat nimirum Erasmus Theophylacti chartaceum ἀπόγραφον vetustius hoc membranaceo Codice pronuntiare, & hunc, quia accurate scriptus, picturis auroque ornatus atque bellus esset, eo nomine rejicere, denique veterem suam cantilenam de ejus ad Vulgatam Latinam editionem correctione, cujus rei tamen, ut quovis pignore certare ausim, hic nullum vestigium est, ad nauseam usque repetere, quam Stunicae Hispanisque contra stantibus manus dare victas. Quis unquam haec de viro tam perspicaci credidisset, nisi ipse ultro confessus esset? *.

II. Codex Basiliensis B. VI. 25. membranaceus Seculi XV. Basileae a Fr. Praedicatoribus emtus pretio duorum florenorum Renensium. Continet quatuor Euangelia, imperita plane manu scripta, quae η & ι & ει, ω & ο, αι & ε, β & υ fere confundit, multa etiam ob ὁμοιοτέλευτα omittit. Martinus Crusius eodem usus est Tubingae A°. 1577. & ante illum praecipue Erasmus, qui A°. 1515. hunc ipsum Codicem in officinam Frobenianam, ut typis ederetur, tradidit, unde etiam signa Typothetarum & quaterniones & paginas signatas Editionis primae Erasmianae adhuc retinet; ante tamen Erasmus hunc Codicem ad fidem Theophylacti aliorumque Patrum, interdum etiam ex conjectura correxit: uti & ex

inspectione Codicis discere licet, & ipse Epistola 7. libri 1. ad Budaeum hoc ultro fatetur.

III. Codex Basiliensis B. IX. ult. membranaceus in Octavo minori, continet Acta & Epistolas Apostolorum, quaternionibus viginti septem. Habet praefixas ὑποθέσεις Euthalianas, & in fine συναξάριον, quod indicio est alicui Ecclesiae inserviisse: accuratior est atque vetustior superiori, multae omissiones a prima vel paulo juniore manu correctae apparent, pauca in hoc quoque correxit ipse Erasmus, qui hunc Codicem pari modo typothetis maculandum tradidit atque praecedentem. Fuit Amerbachiorum, ut inscriptio in principio & ad calcem apposita docet. Ab illo tempore partim a muribus partim a Bibliopego, qui cum parte marginis, partem etiam Correctionum Erasmianarum resecuit, non nihil detrimenti passus est.

Hujus Codicis V. L. exhibet Millius in Appendice B. 2. notatas; Codicem vero ipsum ita describit. „ Erasmus, inquit, in Actis Apostolorum „ & Epistolis Apostolicis, Codicis—usuram nactus est, qui Praedicato- „ rum Basileae erat. Hic autem una cum Textu S. etiam Theophylacti „ Commentarios exhibebat. Exemplar mire castigatum esse ait, & ve- „ nerandae antiquitatis: sexcentorum circiter annorum scilicet, neque „ enim vetustius multo esse potuit, modo quidpiam in eo foret Theo- „ phylacti, qui non floruit nisi post annum a Christo nato millesimum. „ Quanquam ex lineolae unius specimine accurate graphiceque depictae a „ doctissimo Battierio, haud ultra annos quingentos liber hic assurgere „ videtur. Hunc Codicem longe fidelius ac pressius insecutus est, quam „ alterum illum antiquissimum in Euangeliis. Et quidem sicut ad prio- „ rem expressum erat Apographum, quo utebantur Typographi in excu- „ dendiis Euangeliis, mutato & castigato hic illic Textu, e reliquis Codd. „ & Citationibus Patrum, quas in immensum cumulum Erasmus college- „ rat: ita in Actis & Epistolis ad alterius hujusce fidem descripsere Tex- „ tum praelo destinatum, variatis hinc inde sed longe quam in Euange- „ liis parcius verbis quibusdam, prout e re videretur, ac contextus ipsi- „ us ratio postularet. In Actis exemplari huic religiose admodum ad- „ haesere Typi, ita tamen, ut istius Codicis textum emendarit Editor locis „ quantum quidem observarim paulo amplius quadraginta; recesserit ve- „ ro ab istius Lectione locis decem haud sine textus genuini dispendio. „ In Epistolis D. Pauli textum hujus Codicis ita retinet haec Editio, ut „ tamen in locis 170. plus minus ab eo abeat; triginta circiter in locis „ perperam; in reliquis summo quidem cum judicio & auctoritate prae- „ stantiorum Codicum. In Epistolis Catholicis ab hoc exemplari reces- „ sum est locis undecim; in novem recte, in binis non item.

Optarem sane, ut Millius, cum & hunc & primum Codicem secun-

dae

dae classis describeret, vel felicius conjecisset, vel minus confidenter conjecturas suas proposuisset. De Codice Euangeliorum quid rei sit, jam vidimus, de altero vero constat, 1. non Praedicatorum sed Amerbachiorum fuisse; 2. non continere Theophylacti Commentarios sed nil praeter Acta & Epistolas. 3. Erasmum quando ad Stunicam de loco Roman. I. Codicis mire castigati & venerandae antiquitatis mentionem facit, non illum innuere Graecum sed Latinum Codicem. 4. Textum praelo destinatum non ad fidem istius Codicis descriptum, sed ipsum hunc Codicem in officinam typographicam traditum fuisse. *.

IV. Codex Basiliensis B. X. 20. membranaceus in Octavo minori quaternionum 36 seculi XV. ineleganter scriptus, quem fratres Praedicatores Basileae sibi comparaverant pretio trium imperialium, continet Acta & Epistolas Apostolorum. In hoc Codice frequenter glossemata in ipsum Textum irrepserunt; alicubi ad Latinam Versionem refictus esse videtur, quam suspicionem auget, quod Epistolae Paulinae immediate sequuntur Acta Apostolorum, postpositis Catholicis, contra atque in omnibus Codicibus Graecis. Existimo autem a Monacho fuisse scriptum, qui sese prodidit haud obscure, cum ad Roman. XIV. 17. postquam Paulus scripsisset, quod Regnum Dei sit Justitia, de suo addere non dubitavit, καὶ ἄσκησις. Nescio etiam quid in mente habuerit, cum I. Cor. XIV. 34. manifesta corruptione Textus pro ἐπιτέτραπται substitueret ἐπιτέτακται. Hoc quoque Codice Erasmus usus est, ad quem provocat in Act. VIII. 37. & XXIV. 6. Millius V. L. ex Epistolis Joannis istius Codicis nactus, edidit in appendice notatas B. 3. *.

V. Codex Basiliensis B. VI. 17. membranaceus in Folio minori, 48. quaternionibus constans, fuit fratrum Ordinis Praedicatorum Basiliensium, complectitur Epistolas Paulinas, Textus exiguam partem occupat paginarum, supra infraque & ex altero latere circumdatus variis Scholiis ex Theodoreto, Gennadio, Oecumenio, Severiano aliisque compluribus collectis. Habet Prologos &c. Euthalii; Epistolae ad Romanos & Corinthios ab alia manu scriptae sunt, quam sequentes; deficit in Epistolae ad Hebraeos Cap. XII. 18. Hoc Codice etiam Polanus usus est. *.

VI. Codex membranaceus ex musaeo Andreae Faeschii, Reipublicae Basiliensis ab Epistolis, qui hunc & multos alios cum MSS. tum typis editos raros Codices, pro veteris amicitiae jure, mecum libentissime communicavit; continet Marcum & in eum Victoris Antiocheni Commentarios foliis 5. mutilos. Item Scholia in Epistolas Catholicas (non Victoris, quod existimavit J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. 7. p. 769. deceptus titulo praecedentis libri) sed Variorum Tito posteriorum, Severi, Ammonii, Maximi &c. *.

VII. Codex Faeschianus chartaceus, continens Victorem in Euang.

Marci, in Euangelium vero Lucae Titi Bostrensis, nec non Chrysostomi, Severi, Theophylacti, aliorumque Scholia. Item Dionysii Alexandrini Epistolam ad Basilidem. *.

VIII. Codex Uffenbachianus 1. continens Acta & Epistolas Apostolorum cum Apocalypsi, chartaceus & admodum interpolatus. *.

IX. Codex Uffenbach. 2. seculi XI. fragmenta Epistolae ad Hebraeos literis majusculis cum Accentibus & Spiritibus, minio in membrana scripta continens. Inscriptio Italice addita haec est: *Esposigione di S. Jeronimi Grisostomi sopra Epistol. d san Paolo ad Ebreos*; Graeca vero: ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴ ἐντεθεῖσα ὡς ἐν πίνακι. a Cap. IV. 3. ad XII. 20. omnia desunt. Ex Italia deportatus fuit in Bibliothecam Marckianam. Usum horum Codicum imo totius Bibliothecae suae instructissimae liberaliter mihi per aliquot dies Francofurti ad Moenum commoranti, concessit possessor ejus, Vir Amplissimus litterisque promovendis natus D. Zacharias Conradus ab Uffenbach, Urbis ejusdem Consul meritissimus. *.

X. Codex Petavianus 1. Actorum & Epistolarum Apostolicarum, membranaceus seculi XIII. Primum fuit Pauli Petavii Senatoris Parisiensis, ex cujus Bibliotheca Claud. Sarravius, in Parlamento Parisiensi Senator, cum sequentibus duobus acceptum contulit A°. 1647. Ejus collationis apographum per D. Jo. Gachon Senatoris filium ad editorem Oxoniensem A°. 1675. pervenit: Collationem Sarravianam a Cotterio Doctore Medico, cujus postea fuit, mutuo acceptam descripsit P. Allixius A°. 1680. qui eandem mecum communicavit. Codicem autem hunc, ut ad eum redeam, ab haeredibus Petavii Christina Sueciae Regina aere suo emtum Isaaco Vossio concessit, qui illum in Anglia, Paulo Colomesio, denique etiam Millio utendum dedit, jam extat in Bibliotheca publica Lugduni Batavorum inter Codices Vossianos 7, 7. ubi ex eo raptim perlustrato quaedam excerpsi A°. 1717. †.

XI. Codex Petavianus 2. Acta & Epistolas Apostolicas cum Apocalypsi continens. Deest tamen Octernio ab I. Cor. III. 16. ad X. 13. item Epistola Jacobi exceptis 4. postremis versibus; denique tertia Joannis a vers. 9. cum tota Judae, chartis laceris. †.

XII. Codex Petavianus 3. Acta & Epistolas Apostolorum cum Apocalypsi continens, qui cum reliquis Bibliothecae Christinae in Vaticanam transiit, ubi Laur. Zacagnius eum iterum contulit, atque V. L. edidit cum prologis Euthalii, in monumentis Ecclesiae Graecae A°. 1698. †.

XIII. Codex Genevensis 1. Acta & Epistolas Apostolorum continens, quem nitidissime descriptum ex Graecia allatum praedicant; mirifice ubique convenit cum Anglicano XXXIX. tanquam alter plane fuerit alterius Apographum. Hujus V. L. ab amicis suis Parisiensibus (h. e. ut existimo P. Allixio) obtinuit Millius. †.

XIV,

XIV. Codex Genevensis 2. Quatuor Euangeliorum Constantinopoli allatus. †.

XV. Codex Caesareae Bibliothecae 1. in Folio, constat foliis 623. a Busbequio Constantinopoli comparatus; Continet V. & N. T., mutilus est a Cap. XX. 7. Apocalypseos, teste Lambecio.

XVI. Codex Caes. 28. in Folio, constat foliis 358. & quondam fuerat Andreae Conterarii Veneti, cujus insignia gentilitia in primo folio depicta sunt. Continetur eo N. T. scriptum minutioribus literis Graecis (nequaquam vero Uncialibus, ut ait Millius) quomodo fere scriptura est impressi Codicis Complutensis. Contulit eum cum editis Gerhardus a Mastricht, Syndicus Bremensis ad Imperatorem Legatus Ao. 1690. unde apographum nactus Millius appendici suae inseruit sub titulo Viennensis, in Editione vero Wetsteniana anni 1711. vocatur Caesareus.

XVII. Codex Caes. 29. in Quarto, constat foliis 300. & ex celeberrima Regis Hungariae Matthiae Corvini Bibliotheca Budensi petitus est. Continentur eo IV. Euangelia cum Scholiis; adest Hippolyti Thebani seculi XI. scriptoris tractatus de Genealogia Christi.

XVIII. Codex Seidelii Berolinensis, quem ex Graecia attulit, continet Acta & Epistolas Apostolorum cum Apocalypsi. Cum recentissimis congruit. Nicolaus Westermannus, in ceteris partibus languidior, Apocalypsin accuratius, ut videtur, cum editis contulit, & cum Kustero communicavit.

XIX. Codex Jo. Gotlieb Carpzovii Lipsiensis, continet IV. Euangelia in Quarto cum figuris, eum scripsit in membrana Γεώργιος Δεσμοφύλαξ Ναυπλίου, contulit vero, qui 600. annorum esse judicavit, Bornerus, a quo Kusterus V. L. acceptas suae editioni inseruit.

XX. Codex Euangeliorum Graeco-Latinus a Georgio Douza Constantinopoli allatus, & Gomaro Leidae visus; cujus ille mentionem facit in locum Jo. VIII.

XXI. Codices Graeci, quorum fit mentio in Correctorio Bibliorum Latinorum seculo XIII. scripto. †.

XXII. Codices, quibus Laurentius Valla in concinnandis Annotationibus in Latinam N. T. editionem ex collatione Graecorum exemplarium usus est. Qui & quales fuerint, & ubi terrarum nunc lateant, incertum est; in Matth. XXVII. 12. ait „ tres Codices Latinos & totidem Graecos habeo, cum haec compono, & nonnunquam alios Codices consulo". At in Joann. VII. 29. „ septem, inquit, Graeca exemplaria legi, in quorum singulis ita scriptum est": ubi existimo vel in numero vel in appellatione Codicum errasse Vallam, nam si conferas annotationem in Jo. XVIII. 28. deprehendes, illum septem Latinos habuisse Codices. Illud tamen observavi, Lectiones Vallae a veteribus omni-

omnibus Codicibus dissentire, cum novis aûtem nuperisque congruere. †.

XXIII. Codex Apostolicarum Epistolarum ex Rhodo insula in Hispaniam allatus, ac deinde F. Cisnerio Cardinali dono datus, ejusdemque jussu in publica Complutensis Academiae Bibliotheca repositus, ad quem frequenter provocat Stunica, docetque editionem Complutensem ex eo praecipue prodiisse: Erasmus vero suspicatur, ad Latinam versionem passim refictum ac detortum fuisse.

XXIV. Codex Joannis Reuchlini, continens Apocalypsin cum Commentariis in fine mutilam. Ad hunc unicum Erasmus expressit Editionem suam, ut ipse fatetur ad Stunicam & ad Leum: utroque loco vocat vetustissimum; ex Lectionibus vero & erroribus illius Codicis contrarium patet.

XXV. Codex Epistolarum Paulinarum chartaceus in Octavo, manu H. Zuinglii scriptus, cum in Eremo Helvetica esset A°. 1516. Asservatur in Bibliotheca Ciuium Tigurinorum. Deprehendi autem certis indiciis, hunc Codicem esse Ἀπόγραφον Editionis Erasmi primae, scriptum a Zuinglio eo fine, ut Textum Pauli eo facilius memoriae suae imprimeret. †.

XXVI. Codices Romani XXII. Ex illis X. exhibent Euangelia, alii VIII. Acta & Epistolas, denique IV. Apocalypsin; contulit eos jussu Urbani VIII. Papae Romae e Vaticana potissimum & primariis in Urbe Bibliothecis Joannes Matthaeus Caryophilus, eo fine, ut inserviret editioni Graecae Novi Testamenti, circa annum 1625. Cum vero consilium istud ad exitum perductum non fuisset, Collatio Caryophili in Bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini, Urbani Papae nepotis, reposita atque ibi circa annum 1642. ab Isaaco Vossio conspecta, tandem A°. 1673. a P. Possino ad calcem Catenae Graecae in Marcum, Romae editae, subjuncta est; quae cum sero in Angliam advecta esset, Editor Oxoniensis A°. 1675. non nisi a Capite XXV. demum Actorum Apostolicorum ea uti potuit: Millius vero totam in suam editionem transtulit: Haec ideo prolixius exequenda mihi duxi, ne quis, ut a multis factum est, confunderet ipsos Codices MSS. cum eorundem Collatione a Caryophilo ad Editionem Antwerpiensem anni 1572. instituta & ex Bibliotheca Barberini edita.

Ceterum duo nobis hic oriuntur dubia, alterum circa numerum, utrum eo tempore tot MSS. Graeci Codices N. T. Romae fuerint, an vero numerus iste ex editione Stephani desumtus sit? alterum circa Lectiones ipsas, utrum revera ex Codicibus Graecis, an vero ex Latina Vulgata Versione petitae sint? Utrumque non aliter quam ipsis Libris prolatis solvi potest.

CAP.

CAPUT VI.

De Scriptoribus Graecis, qui Novo Testamento usi sunt, usque ad Tempora Constantini M.

EUangelium Nazaraeorum, sive Ebionitarum, sive duodecim Apostolorum sive κατὰ Ἑβραίους, tot enim nominibus idem appellatur, citarunt Irenaeus, Clemens Alexand. Origenes, Epiphanius atque Hieronymus. Ναζαρηνοὶ, ait Epiphan. Hae. 28. ἔχουσι τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον πληρέστατον ἑβραϊστὶ, quod explicat Hae. 30. ἐν τῷ γοῦν παρ᾽ αὐτοῖς εὐαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ [lege οὐκ ὄντι] δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ, Ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν. Fragmenta collegit J. A. Fabricius in Codice Apocrypho N. T. Hamburgi 1719. edito, quem fefellisse conjecturam in eo video, quod dictum quoque illud μυστήριον ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ οἴκου μου, a Clemente Alex. allatum, ex eodem Euangelio petitum suspicatus est, cum sit ex Esaiae XXIV. 17. *.

Hermae Pastor, ex eadem Editione Fabricii. *.

Barnabae Epistola, ex Editione Cotelerii A°. 1698. in Folio. *.

Clementis Romani Epistolae duae ex Codice Alexandrino per Patricium Junium erutae, qui, dum lacunas ex ingenio complere conatur, haud raro videtur impegisse, ut cum literis quibusdam statim in limine obsoletis, legit vocem nihili δυσοίζομεν, ubi alii νομίζομεν, alii δοκήσομεν conjecerunt. Sed procul dubio substituendum erat verbum a Paulo in Epistolis frequenter usurpatum γνωρίζομεν, quod sensum reddit simplicem planumque. Clementi multa quondam falso adscripta fuerunt, de quibus Eusebius Hist. Eccl. 3, 38. ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα, ὧν οὐδ᾽ ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται, οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς Ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. In quibus verbis praecipue illa χθὲς καὶ πρώην notari velim. Pseudo-Clementis sunt 1. Constitutiones Apostolicae, cujus Auctor Hexaplari Origenis Editione usus est, & locis Veteris Testamenti multa Aquilae, Symmachi, atque Theodotionis intermiscuit, uti diligenti investigatione primus quod sciam deprehendi: in Euangelistis vero citandis videtur ad manus habuisse Tatiani Diatessaron, plerumque enim Textum ex pluribus composuit. 2. Recognitiones, quae Latine circumferuntur, quas seculi tertii initio adscribendas esse probavit H. Dodwellus. Homiliae, ex quibus eaedem Recognitiones videntur in

La-

Latinum fermonem converfae effe, auctorem habent imbutum multis opinionibus a fide Chriftianorum alienis. Edit. Coteler. *

Ignatii Epiftolae genuinae feptem, interpolatae atque fpuriae duodecim, quae mihi ab eadem manu ac Conftitutiones Apoftolicae, videntur corruptae. Edit. Coteler. *.

Polycarpi Epiftola ad Philippenfes. Ed. Coteler. *.

Papius, Polycarpi fodalis, Epifcopus Hieropolitanus, de quo Eufebius H. E. 3, 39. *.

Valentinus & Valentiniani, quorum fit mentio apud Irenaeum & Epiphanium. De auctore illius Sectae haec habet Hieronymus in Ofeae XI. 1. „Nullus enim, inquit, poteft haerefin ftruere, nifi qui ardentis ingenii eft, & habet dona naturae, quae a Deo artifice funt creata. Talis „ fuit Valentinus, talis Marcion, quos doctiffimos legimus". Scripturis pepercit, tefte Tertulliano de Praefcript. C. 38. qui tamen ipfe libro de Carne Chrifti ipfi adulterationem Capituli Joannis X. 13. objicit; quod confirmat Origenes c. Celfum l. 2. *μεταχαράξαντας δὲ τὸ ἐυαγγέλιον ἄλλους ὀυκ οἶδα, ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος, καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λευκίου—οὐ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανισμοῦ ἔγκλημα ἐστὶν οἱ μεταχαράττοντες τὰ ἐυαγγέλια, καὶ αἱρέσεις ξένας ἐπεισάγοντες τῷ βουλήματι τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας.* In illa Secta celebres fuerunt Heracleon, qui, referente Origene, in Euangelium Joannis Commentarios fcripfit, & Ptolemaeus. Valentinus traditionem Apoftolicam jactavit, tefte Clemente Strom. 7. 549. *Οὐαλεντῖνον Θεοδάδι ἀκηκοέναι φασὶν, γνώριμος δ' οὗτος ἐγεγόνει Παύλου.* *.

Montanus auctor Sectae *κατὰ φρύγας*, cjusque affecla Theodotus Byzantinus coriarius, qui circa tempora Valentini fcripfit librum *ἀνατολικὴ διδασκαλία* vocatum, cujus fragmentum extat in libris *Ὑποτυπώσεων* Clementis Alex. *.

Lucianus Samofatenfis, Amftelaed. 1687. duobus voluminibus in Octavo editus. *.

Celfus, cujus verba frequenter citantur ab Origene. *.

Oracula Sibyllina, edita Bafileae 1555. Octavo. *.

Phocylidis Sententiae multa continent ex oraculis Sibyllinis translata, a Fabricio utrumque opus Chriftiano adfcribitur. Edit. Bafileae in Octavo Ao. 1521. *.

Protevangelium Jacobi in Codice Apocrypho N. T. a Fabricio edit.

Juftinus Martyr, editus a Roberto Stephano Paris. 1551. in Folio. In Dialogo cum Triphone utitur vocibus ac phrafibus ex Actis Apoftolorum, & Epiftolis Jacobi & ad Hebraeos petitis, *φρίσσειν*, *παθητὸς Χριστὸς*, & quae leguntur de Melchifedeco. Ego vero cuperem mihi eximi fcrupulum de hujus Dialogi auctore, ex diligenti ejus Lectione injectum, nimirum quod non utatur in V. T. locis citandis verfione *τῶν ό*, fed magis accedat

ad

ad Originis Editionem hexaplarem, cum, quae Origenes obelis jugulavit, omittat, quibusque asteriscos apposuit, addat etiam; cum idem in Daniele alia Versione, nescio an Symmachi, utatur. Si Justinus mortuus est, antequam Symmachi atque Theodotionis Versio ederetur, & si integro seculo praecessit Origenem, quomodo potuit istius opere uti? aut si non usus est, quomodo potuit accidere, ut prorsus eadem verba iisdem in locis adderet vel demeret, ubi ille vel asteriscis quid vel obelis signaverat? Quare de hoc auctore quid statuendum sit, doctiores viderint: mihi rem compertam proposuisse sat est. Pseudo-Justini est Expositio Fidei, item Quaestiones & Responsiones ad Orthodoxos, in quibus Manichaeorum, qui exeunte seculo tertio exorti sunt, extincti item Ethnicismi, ut & Irenaei atque Origenis diserte mentio fit. *.

Irenaeus Lugdunensis Episcopus & Martyr. Editus a Feuardentio extat in Bibliotheca Patrum Lugduni 1677. Latine: Graeca ejus Fragmenta sunt apud Epiphanium, Theodoretum & in Catenis MSS. De eo ita Millius: „ Epiphanius, inquit, aliique, quibus Graeca Irenaei debemus, „ haud semper citarunt loca N. T. ad Textum Irenaeanum, sed nonnun- „ quam ad Codices suos posteriores: — in Latinis autem interpreti id „ unum curae erat, ut Scripturae testimonia — exprimeret verbis Inter- „ pretationis Italicae. Unde factum, ut paucis in locis, nec nisi ex con- „ textu orationis, satis assequi possis, quaenam fuerit Codicis Irenaeani „ Lectio. *.

Tatianus Syrus, Justini Martyris Discipulus, scripsit adversus Gentes. Editus a Frisio Tiguri 1546. idem etiam Catenam nescio quam & Collectionem Euangeliorum contexuit, teste Eusebio H. E. 4, 29. ὁ Τατιανὸς συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων τοῦτο προσωνόμασεν, τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαί τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Theodoretus testatur, se plusquam ducentos tales Euangeliorum Codices deprehendisse atque seposuisse; hodie nec unus superest. *.

Theophilus Antiochiae Episcopus, tres libros ad Autolycum scripsit, a Frisio editos Tiguri 1546. *.

Athenagoras Atheniensis, scholae Alexandrinae Doctor, scripsit Legationem pro Christianis & de Resurrectione mortuorum, in quibus passim ad loca N. T. alludit, citat etiam Baruch. III. ult. quem locum Editor fatetur, se in suo Ieremia invenire non potuisse. Ed. Oxonii 1706. in Octavo. *.

Clemens Alexandrinus, Ed. Lugd. Bat. 1616. Editor frequentissime aberravit in adnotandis locis Scripturae, quae in textu Clementem respicere existimabat, atque etiam Millium secum in errorem abduxit, ut cum Paedag. 3, 11. Clemens dictum II. Cor. VIII. 21. proferret, Editor

ad marginem notavit Rom. XII. 17. ex quo Millius insignem Variationem eodem loco falso exsculpsit. Ejusdem tractatus *Quis dives salvetur* editus est Oxonii 1683. Scripsit idem Clemens VIII. libros ὑποτυπώσεων, qui si integri extarent, maximo nobis usui essent, αἳ μὲν οὖν ὑποτυπώσεις ait Photius Bibl. 109. διαλαμβάνουσι περὶ ῥητῶν τινῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης, praecipue τοῦ Παύλου τῶν Ἐπιστολῶν καὶ τῶν καθολικῶν. Habemus tamen Fragmenta quaedam in Eclogis Editioni Clementis annexis, & in MSS. Scholiis hinc inde, tum Latina Cassiodoro interprete, Pottero editore. *.

Hippolytus, Irenaei discipulus, Episcopus Portus Romani in Arabia, ex editione J. A. Fabricii A°. 1718. Folio & Collatione MS. Basiliensis membranacei Scholiorum in historiam Susannae, item de Antichristo. *.

Origenes ex Editione Latina Lugduni 1536. & Graeco-Latina Huetii, Spenceri collata cum MS. Basiliensi chartaceo, & Wetstenii collata Epistola ad Africanum cum MS. Basiliensi membranaceo. Licet autem Origenes apud posteriores Graecos atque Latinos male audierit, illud tamen certum est, neminem Patrum fuisse ipso κριτικώτερον & in Scripturis exercitatiorem, qua laude etiam sua aetate in Aegypto praecipue ac Palaestina apud Monachos βιβλιογράφους floruit. Unde factum, ut non modo ipsius N. T. ἔκδοσις tantum non sola pro Authentico Codice haberetur, ac passim omnium frequentissime describeretur, verum etiam ut interpretes atque enarratores N. T. pene universi temere non alias atque Origenis explicationes adoptarent. Illud ergo affirmare non dubitem, quod, si vel Origenis Codex extaret, vel scripta ejus integra superessent, ad editionem Novi Testamenti accuratissimam plus inde quam ex omnibus aliis Patribus ac Codicibus, qui nunc quidem supersunt, subsidii sperare liceret. Ceterum dolendum, Interpretes Origenis Latinos tanta licentia grassatos esse, ut jam difficulter discernere liceat, quid ab Origene aut Rufino profectum sit; nec minus dolendum, omnes Editiones Graecas admodum vitiose, & aut ad nuperos Codices in Italia scriptos, aut ab Editore negligenter inspectos, expressas esse; cui malo utinam celerem medelam afferat R. P. Carolus de la Rue Monachus Benedictinus, & quam longo jam tempore premit novam Origenis operum editionem doctis diutius non invideat! *.

Ammonius Alexandrinus concinnavit Harmoniam Euangelistarum, quae Millio judice adhuc Latine extat a Victore Capuano reperta & a Memlerio primum typis edita: nos vero longe aliter judicamus. En descriptionem hujus operis ab Eusebio factam: Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι ὅσον ἐπὶ τὸ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως; ex quo liquet omnino foetum spurium esse. Nam 1. Latinus.

nus Ammonius habet historiam adulterae Jo. VIII. Graecis Ammonio aeque ac Eusebio nunquam lectam. 2. Codex Latinus exhibet quatuor Euangelistas in unum corpus conflatos: Ammonius autem quaternis columnis quatuor Euangelistas distincte descripserat, haec enim est vis verbi παραθεὶς, i. e. juxta Matthaeum reliquos apposuit. 3. Latinus Ammonius numeris tantum appositis parallela ceterorum Euangelistarum loca indicat: illud autem non utique Ammonii, sed Eusebii, ut ipse diserte testatur, inventum est. 4. Latinus Ammonius eandem historiam semel tantum narrat, nihilque repetit: Ammonius quod apud diversos Euangelistas bis terve quaterve iisdem verbis occurrebat, iisdem verbis bis terve quaterve posuit, etiam τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν ἐυαγγελιςῶν περικοπὰς παραθεὶς: id quod etiam Millius vidit; „ Eusebius dicit, Ammonium Matthaei „ Euangelio adjecisse in hoc Opere ceterorum Euangelistarum loca ὁμόφωνα seu concordantia; cum autem ex Harmonia ipsa [Latina scil.] con„ stet, eum haud adjecisse locorum illorum concordantium ipsa verba &c". Pro eo autem, quod necessario inde debebat concludere Millius, Latinam Harmoniam non Ammonii esse, in alia potius omnia abit, atque sibi aperte contradicit. 5. Si Ammonius voluisset omnes Euangelistas permiscere atque confundere, quid ad ejus scopum fecisset accurata illa singulorum distinctio in τίτλους & κεφάλαια, quam Millius ipsi adscribit? aut si eadem distinctio ex veriori sententia Eusebii est, quid labor Ammonii potuit juvare Eusebium, qui fatetur ἐκ τοῦ προειρημένου πονήματος τοῦ ἀνδρὸς εἰληφέναι ἀφορμὰς, cum confusio Euangelistarum utique ordinem & distinctionem non juvet, sed potius turbet atque difficiliorem reddat? 6. Eusebius testatur, in Ammonii opere Matthaeum pro basi esse, & integrum eo ordine, quo scriptus est, exhiberi, reliquorum autem Euangelistarum textum non exhiberi eodem ordine, quo scripserunt; at in Latino Ammonio non trium tantum Euangelistarum reliquorum, sed etiam Matthaei textus perturbatus est intermixtis ceterorum verbis. Ex quibus omnibus conficitur, id quod sub Ammonii nomine nunc Latine circumfertur, scriptum esse Auctoris Eusebio non prioris sed posterioris. *.

Julius Africanus, cujus Fragmenta hinc inde extant, praecipue apud Euseb. H. E. 1, 7. & in Catena MS. in Prophetas. *.

Porphyrius, Origenis condiscipulus, scripsit contra Christianos, & a multis confutatus est, qui etiam ipsius verba & objectiones ex verbis Scripturae formatas proferunt. *.

Gregorius Thaumaturgus, Episcopus Neo-Caesariensis in Ponto, Origenis Discipulus. Ejus Canones extant apud Beveredgium: Paraphrasis vero in Ecclesiasten inter opera G. Nazianzeni. *.

Methodius, Episcopus Tyri, sub Decio Martyr; citatur ab Epiphanio & Photio: in Convivium decem Virginum edidit Allatius, contulit J.

 Cle-

Clericus & editioni N. T. Kulteri praefixit. *.

Dionysius Episcopus Alexandrinus, Origenis Discipulus, cujus Epistola ad Basilidem edita est a Beveredgio, collata a me cum Codice MS. Gall. 55. & Var. 7. contra Sabellium Fragmentum extat apud Euseb. Praepar. 7, 19. aliud de *Natura* apud eundem libro 14. c. 23. & *seqq.* *.

Petrus Episcopus Alexandrinus & Martyr, ejus Canones habet Beveredgius: ejus etiam fit mentio in Actis Synodi Ephesinae. *.

Pierius Martyr, Pamphili Martyris Praeceptor. Ejus Codex N. T. laudatur ab Hieronymo in Matth. XXIV. 36. tanquam emendatissimus. *.

Pamphilus, presbyter Caesariensis & Martyr, scripsit Apologiam pro Origene a Rufino Latine conversam. Codices Origenis & Pierii in Bibliotheca, quam extruxerat, Caesariensi reposuit, ad quos Euthalius Diaconus suam Editionem Actorum & Epistolarum Apostolicarum contulit atque emendavit. *.

Hesychius Alexandrinus, ejus Lexicon sed interpolatum & corruptum editum est Venetiis apud Aldum. Eidem Editionem V. T. Alexandriae atque in Aegypto receptam adscribit Hieronymus praef. in libr. Paralipom. & in IV. Euangelistas.

Lucianus Antiochenus presbyter & Martyr. Edidit versionem τῶν ο. teste Hieronymo U. CC., Constantinopolis usque Antiochiam Luciani, Martyris exemplaria probat', & alibi: ,praetermitto eos Codices, quos a, Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa, contentio'. Ejusdem Confessio Fidei extat apud Socratem H. E. 2, 10 & alibi. *

C A P U T VII.

De Scriptoribus Graecis, qui N. T. usi sunt Seculo IV.

EUsebius Caesariensis Episcopus, ab eo est scripta 1. Praeparatio Euangelica edita Parisiis a Vigerio 1628. 2. Demonstratio Euangelica contra Hieroclem, contra Marcellum Ancyranum & de Ecclesiastica Theologia adversus eundem, Paris. 1628. 3. Historia Ecclesiastica & de Vita Constantini, ex editione H. Valesii Moguntiae 1672. 4. Explicatio variorum scripturae locorum in Catenis MSS. hinc inde. Praecipue vero hic observandum, quod inventis Canonibus sive tabellis X. artificiose dispositis, in compendio ostenderit tum Harmoniam Euangelistarum

ſtarum, tum etiam quid ſinguli ſeorſim a reliquis ſcripſerint. In hoc negotio adjutus eſt labore Ammonii, cujus Euangelium διὰ τεσσάρων Euſebius cum ſuo IV. Euangeliorum Codice contulit, ita quidem, ut primo ſingula Matthaei Segmenta, ſicut ordine ſeſe invicem apud Ammonium excipiebant, in ſuo Matthaeo numeris 1. 2. 3. usque ad ultimum 355. notaret; poſtea Segmenta Marci 233. Lucae 342. denique Joannis 232. verum non eo ordine, quo in Euangelio διὰ τεσσάρων Ammonii occurrebant, ſed quo ipſi Euangeliſtae ſcripſerant, pariter numeris ſuis diſtingueret. Quo labore peracto indicem ſive Canones confecit. Poſtea idem Euſebius Ammonii τίτλους ſive breviaria Capitum ſingulis Euangeliſtis praefixit, aut margini appoſuit, ſaepe in quatuor Euangeliis repetito eodem τίτλῳ iisdem verbis, qui in Ammonii Harmonia ſine dubio ſemel tantum erat poſitus, cujusmodi in Matthaeo ſunt 68 in Marco 48. in Luca 83. in Joanne 18. Reliqua ex inſpectione ipſorum Canonum Euangeliis praefixorum & numerorum marginalium, quos Eraſmus & Stephanus expreſſerunt, melius quam ex prolixa deſcriptione intelligi poterant. Hanc explicationem Laboris Ammoniani atque Euſebiani attento lectori haud paulo pleniorem ea, quam alii adhuc propoſuerunt, addere lubuit; unde inter alia jam patet, cur iſta κεφάλαια non aequalia, ſed modo longiora modo breviora ſint, prout nimirum vel in pluribus vel in paucioribus Euangeliſtas inter ſe convenientes vel diſcrepantes deprehenderant. Ceterum Euſebius Codices ſacros Pamphili, Pamphilus autem lectionem Codicum Origenis ſecutus eſt, qui tantae auctoritatis erant, ut ipſe Conſtantinus M. juſſerit quinquaginta Codices ſacros cura Euſebii eleganter atque accurate deſcribi: ὅπως ἂν ν. σωμάτια, inquit, ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις εὐαναγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων, γραφῆναι κελεύσειας, τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, de Vita Conſtant. 4, 36. 37. Quo mandato accepto Euſebius quinquaginta illos Codices magnifice exornatos duobus vehiculis publicis Conſtantinopolin miſit, ἐν πολυτελῶς, inquit, ἠσκημένοις τεύχεσιν τρισσὰ καὶ τετρασσὰ διαπεμψάντων ἡμῶν. Sed & eadem occaſione accidiſſe puto, ut libri illi pauci veteres, qui ex incendio Diocletiani manibusque Traditorum ſalvi evaſerant, prae novis iſtis & pretioſis regiisque Codicibus ſorderent atque vileſcerent, paſſimque ſeponerentur, ſicque paulatim neglecti interirent. *.

Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus ex Editione Comelini Heidelbergae 1601. collata cum MS. Codice Baſilienſi chartaceo Nicolai Doxopatri notarii Conſtantinopolitani. *.

Petrus, Athanaſii in Epiſcopatu Alex. ſucceſſor, cujus Epiſtola Encyclica extat apud Theodoretum. *.

Marcus Diadochus, ut vocatur, ſcripſit ſermonem contra Arianos a J. R.

Wetstenio patre S. T. P. ad praelum paratum, & post ejus obitum A°. 1694. Basileae editum. Nomine ipsius existimem significari aliquem ex Episcopis Alexandrinis Marci Euangelistae successoribus; eodem sensu, quo de Athanasio in Encomio ejus legitur, ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγεται, οὐχ' ἧττον τῆς εὐσεβείας ἢ προεδρίας ἐκείνου Διάδοχος. *.

Macarius, Monachus Aegyptius; Ejus Homilias V. & Opuscula VII. Ascetica edidit J. G. Pritius Lipsiae 1698. & 1699. in Octavo. Loca S. S. videntur ad Codices typis editos, interdum etiam ad Vulgatam Latinam conformata vel potius detorta esse; neque enim Graecus quisquam unquam legit Μαμβρῆς II. Tim. III. 8. neque verus & antiquus Macarius cum novis Typographorum editionibus constanter ubique conspiraret: sunt tamen loca quaedam, quae manus corruptrices evaserunt, ubi ignorabat forsan, verba Scripturae esse, quisquis Codicem, ita ut editus est, recensuit. *.

Ephrem Syrus, plurima Syriace scripsit, quae ex parte adhuc extant: alia in Graecum conversa & Ao. 1709. Oxonii edita sunt.

Marcellus, Ancyrae Episcopus Sabellianus, ab Eusebio Caesariensi refutatus. *.

Eustathius, Antiochenus Confessor, scripsit adversus Origenem de Engastrimytho Disputationem Tomo. VIII. Criticorum Sacrorum editam, ejus etiam mentio fit in Actis Synodi Nicenae a Gelasio Cyziceno conscriptis. *.

Julianus Imperator Anagnosten egit inter Christianos, postea contra ipsos scripsit. Ed. Ez. Spanhemii Lipsiae 1696. *.

Eunomius, Episcopus Cyzici, auctor Sectae Anomaeorum. Ejus Confessio & Apologeticus extant in Fabricii Biblioth. Gr. Vol. VIII. & Canisio Basnagii. *.

Amphilochius Cappadox, Basilio M. & Gregorio Naz. laudatus, e Monacho Episcopus Jconii, scripsit Jambos de Canone & Ordine librorum N. T. qui leguntur in Collectione Beveredgii. *.

Basilius Magnus, familiaris Greg. Naz., Episcopus Caesariensis, cujus Epistola ad Amphilochium edita est a Beveredgio. Opera reliqua Venetiis 1535. & Basileae 1551. Contulimus aliquot ejus Homilias cum MS. Faeschiano membranaceo. Libri de Baptismo videntur ex Codice recentiore editi, nisi fortassis loca Scripturae ab Editore ad Codices jam typis vulgatos consueto conformata fuerunt. Dubitatur an quartus & quintus contra Eunomium liber (quem etiam Th. Beza edidit) ipsius sint. *.

Gregorius Nyssenus, Basilii frater. Edidit Beveredgius Epistolam Canonicam ad Letoium, Basnagius in Lectt. Antt. Canisii librum ad Theophilum denique Venetiis A°. 1536. tractatus de homine prodiit. Homilia

milia in ὑποταγήν, quae tamen suspecta mihi est, extat cum aliis Homiliis in MS. Faeschiano membranaceo, Homiliae autem in octo Beatitudines, in Ecclesiasten & Canticum in MS. Basiliensi chartaceo. *.

Gregorius Nazianzenus in Palaestina Rhetoricam didicit, Constantinopolitanus Episcopus (unde in MSS. plerumque Constantinopolitanus cognominatur non vero Nazianzenus) vulgo κατ' ἐξοχὴν Theologus dictus, vir in Scripturis apprime eruditus, Hieronymo teste in Eph. c. V. Epistolae ejus extant in Operibus Basilii; Vita Athanasii ab ipso conscripta operibus Athanasii praefigitur; 16. Tractatus ab Aldo editos A°. 1516. item Opera ejus Basileae 1550. edita contuli cum duobus MSS. Basiliensibus Codicibus chartaceis, quorum prior continet LII. i. e. omnes ipsius Tractatus a quodam Choniata scriptos: posterior vero 18. ipsius Tractatus, cum Scholiis Eliae Cretensis. *.

Caesarius, frater Gregorii Naz., scripsit quaestiones & Responsiones 195. Photio Cod. 210. laudatas, quae Latine extant in Bibliotheca Patrum. *.

Asterius, Amaseae metropolis Ponti Episcopus, Homiliam scripsit, cujus argumentum servavit Photius Cod. 271. *.

Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus scripsit Catecheses a Petavio editas Parisiis 1640. *.

Didymus Alexandrinus coecus; quaedam ejus Scholia in Catenis reperiuntur: libri tres de Spiritu S. ab Hieronymo conversi sunt; extant etiam ejus Scholia in Epistolas Catholicas Latine, & Fragmentum contra Manichaeos apud Canisium. *.

Serapio, Catecheta Alexandrinus, Thmuitanus in Aegypto Episcopus ab Athanasio ordinatus, ejus extat Scriptum contra Manichaeos in Canisio Basnagii editum, a Photio Bibl. 85. citatum. *.

Theodorus Heracliensis in Thracia Episcopus, Arianismi fautor, teste Theodoreto, Commentarios scripsit in Matthaeum, Joannem & Pauli Epistolas, quorum mentionem facit Hieronymus; in Catenis vero Fragmenta ex iisdem occurrunt. *.

Epiphanius Palaestinus Eleutheropolitanus, Constantiae in Cypro Episcopus Linguarum peritus, ex Editione Petavii Parif. 1622. De eo ita scribit Consalus Poncius: „ si quis est inter Sanctos Patres, quorum vel „ temporum injuria vel Librariorum oscitantia mutila corrupta depravataque ad nos scripta pervenere — is quidem unus judicio meo S. est „ Epiphanius. *.

Apollinaris Laodiceae in Syria natus est Episcopus, Libanii atque Epiphanii amicus, cujus Commentariorum in Catenis Graecorum frequens est mentio. *.

Diodorus Tarsensis, Praeceptor Mopsuesteni, mentio ejus quoque fit in Catenis passim. *.

Theo-

Theodorus Mopſueſtenus, *ταῖς γραφικαῖς ἄριϛα πλουτῶν μαρτυρίαις*, teſte Photio Bibl. 4. plurima ſcripſit, quorum Fragmenta in Catenis MSS. & editis reperiuntur. *.

Joannes Chryſoſtomus dictus, quae appellatio aliquot; ſeculis ipſo recentior a tempore VI. Synodi Ao. 680. habitae, communiter innotuit, presbyter fuit Antiochiae, poſt Patriarcha CP. amicus Theodori Mopſueſt. Ipſe in multis Origenem, ipſum vero omnes ſequentes exſcripſerunt. Textu etiam N. T. uſus eſt eodem atque Origenes, qui tamen cum a multis librariis tum etiam ab Editoribus ipſis hinc inde ad novitiorum Codicum lectionem correctus ſive potius corruptus eſt. Frequens ejus eſt mentio in Catenis MSS. Editione uſus ſum Savilii Etonae Ao. 1612. Homilias in Matthaeum ex Codice vetuſtiſſimo ſed lacero Academiae Juliae cum Textu Matthaeo vulgato contulit, atque V. L. edidit Saubertus. *.

Titus, Boſtrorum in Arabia Epiſcopus, ſcripſit contra Manichaeos, a Photio Bibl. 85. citatus, & in Caniſio Basnagii editus: ſcripſit item in Lucae Euangelium Commentarios, qui in catenis MSS. cum aliorum Patrum Commentariis permiſti ſunt. *.

Polychronius frater, Theodori Mopſueſteni, ſcripſit in Proverbia, Eccleſiaſtem & Canticum.

Timotheus, Alexandriae Epiſcopus, cujus Canones edidit Beveredgius.*

Pſeudo-Dionyſius Areopagita in hoc ſeculo collocatur a Pearſonio. Qui cum frequenter a Monachis deſcriberetur, & Commentariis explicaretur, inde factum exiſtimo, ut non repraeſentet textum N. T. qualis fuit ſeculo IV. ſed qualis fuit librariorum aut Scholiaſtarum temporibus.

Seculo V.

Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis, Libyae Cyrenaicae, ex editione Turnebi Pariſ. 1553. *.

Proclus, Chryſoſtomi amanuenſis, ſcripſit varias Homilias, quae Latine extant in Bibliotheca Patrum. *.

Theodoretus, Diſcipulus Theodori Mopſueſteni & Chryſoſtomi, Epiſcopus Cyri in Syria, ex editione Sirmondi Pariſ. 1642. collata cum MSS. Baſilienſibus. *.

Cyrillus Alexandrinus, de quo ita Millius „ quantum, inquit, ex lo„ cis N. T. per opera ejus ſparſis colligimus, exemplar nactus eſt notae „ probatioris & admodum emendatum, qualia haud pauca Seculo III. in „ uſum Praeſulum & Doctorum a ſcribis Alexandrinis exarata fuiſſe ſu„ pra notauimus". Hoc eſt, ut verba Viri Cl. interpretamur, ſecutus eſt editionem Origenis atque Euſebii. Edit. Pariſiis 1638. quae tamen

non

non ubique ad fidem MSS. curata est, ut ex Scholiis MSS. & MS. Basiliensi Glaphyrorum & de XII. Anathematismis vidimus. *.

Theophilus, praedecessor Cyrilli in Episcopatu Alexandrino, scripsit Epistolas Paschales contra Origenistas, Hieronymo interprete Latine editas. *.

Eutherii Nestoriani Episcopi Tyanensis secundae Cappadociae libelli 28. inter Athanasii Opera. *.

Isidorus Pelusiota, cujus Epistolae in Catenis MSS. passim memorantur, libros IV. edidit Rittershusius Ao. 1605. *.

Nonnus Panopolitanus, Agathiae tanquam novus Poëta memoratus, scripsit Paraphrasin Euangelii Joannis Carmine heroico, mutilam; quam edidit Sylburgius Heidelbergae. 1596. *.

Dioscorus successor Cyrilli in Episcopatu Alexandrino.

Philostorgii Eunomiani ex Cappadocia Historiae Ecclesiasticae excerpta editore Valesio. *.

Socrates CP. *.

Sozomanus. *.

Evagrius Epiphaniensis Syrus Historiam Ecclesiasticam scripsit, edidit Valesius. *.

Nilus ex Eparcho CP. Monachus & Asceta.

Basilius, Seleuciae in Isauria Episcopus, scripsit Homilias, edente Commelino 1596. item Demonstrationem contra Judaeos, in Canisii Antt. Lectt. a Basnagio recusis. *.

Victor, Presbyter Antiochenus, scripsit in Marcum, frequenter citat Origenem, Apollinarium & Theod. Mopsuest. Extat in Bibliotheca Patrum Latine, in Catenis vero MSS. Graece. *.

Severianus Gabalorum in Syria Episcopus in Catenis citatur. *.

Theodotus Ancyranus Synodo Ephesinae interfuit, in cujus Actis aliquot ejus Homiliae extant contra Nestorium. *.

Hadrianus scripsit Isagogen S. S. Tomo VII. Criticorum Sacrorum editam. *.

Gelasius Cyzicenus scripsit Acta Synodi Nicenae, post annum C. 475. a Commelino Ao. 1604. in Folio editus. *.

Euthalius Diaconus, qui cum Athanasio presbytero Alexandrino interfuit Concilio Chalcedonensi Ao. 451. Episcopus postea Sulcensis, edidit Epistolas Paulinas, Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas. Ubi sequentia observamus, 1. Paulinas Epistolas edidit jussu alicujus Episcopi, quem Patrem vocat; postea vero Acta & Epistolas Catholicas rogatu Athanasii presbyteri, quem fratrem vocat. 2. Illis libris primus accentus & spiritus apposuit, *τήν τε τῶν πράξεων βίβλον ἅμα καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν ἀνάγνωσιν κατὰ προσῳδίαν— προστέταξας, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε προσφιλέστατε.* In hoc forte imitatus labores Origenis, qui, cum in Octaplis Hebraica Graecis literis

ex-

exprimeret, accentus videtur neceſſario appoſuiſſe, ne ab ignaro lectore vocabula perperam pronunciarentur; accentus iſti conſpiciuntur in vetuſtiſſimis Codicibus, uno Prophetarum Marechalli, altero fragmentum hujus Editionis Euthalianae continente, quem nos Prim. 4. vocamus. 3. Libros iſtos etiam στιχηδὸν ſcripſit, id eſt, ita ut ſingulae lineae ſingulas ſententias abſolverent, eaque diſtinctione obſervata lectores ſcire poſſent, quae continuo Spiritu legerentur, & ubi paulum intermitterent. *Πρῶτον δὴ οὖν ἔγωγε τὴν Ἀποστολικὴν βίβλον, στιχηδὸν ἀναγνούς τε καὶ γράψας, πρῴην διεπεμψάμην πρός τινα τῶν ἐν Χριστῷ πατέρων ἡμῶν, μετρίως πεπονημένην ἐμοὶ, οἷά τε πῶλος ἀβαδὴς ἢ νέος ἀμαθὴς ἐρήμην ὁδὸν καὶ ἄτριβῆ ἰέναι προστεταγμένος. Οὐδένα γάρ πω τῶν ὅσοι τὸν θεῖον ἐπρεσβεύσαντο λόγον, εἰς δεῦρο διέγνων, περὶ τοῦτο τῆς γραφῆς ταύτης εἰς σπουδὴν πεποιημένον τὸ σχῆμα. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν αὐθάδης οὕτως οὐδὲ τολμηρὸς, ὥστε τοὺς ἑτέρους εὖ μάλα πεποιημένους πόνους αὐτὸς ἀφειδῶς καθυβρίζειν ταῖς τῆς ὀλιγομαθοῦς ἡμῶν ἀναγνώσεως τομαῖς. Ἔναγχος τοίνυν ὡς ἔφην τὴν Παύλου βίβλον ἀναγνωκὼς, αὐτίκα δῆτα καὶ τήνδε τὴν τῶν Ἀποστολικῶν πράξεων ἑβδομάδι πονέσας ἀρτίως σοι πέπομφα;*— juſſus enim erat *διελεῖν τούτων [τῶν βίβλων] ἑκάστης τὸν νοῦν λεπτομερῶς, — καὶ τοῦτο ἀόκνως ἐγὼ καὶ προθύμως πεποιηκὼς, στιχηδόν τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ συμμετρίαν ὡς εὔσημον ἀνάγνωσιν.* Numerus *στίχων* ſive verſuum iſtorum in multis Codicibus MSS. ſingulis libris cum aliqua variatione ſubjectus legitur, reperiturque in verſione Coptica, & a R. Stephano ex parte typis editus eſt.

Acta Apoſtolorum habent verſus	2524.	
Epiſtola Jacobi	242	
I. Petri	236.	
II. Petri	160.	
I. Joannis	274.	
II. Joannis	30.	
III. Joannis	32.	
Judae	71.	
ad Romanos	920.	
I. ad Corinthios	870.	
II. ad Corinthios	590.	
ad Galatas	293.	al. 392. al. 320.
ad Epheſios	312.	al. 282.
ad Philippenſes	208.	
ad Coloſſenſes	208.	
I. ad Theſſalonicenſes	193.	al. 200.
II. ad Theſſalonicenſes	106.	
ad Hebraeos	703.	
I. ad Timotheum	213.	
II. ad Timotheum	172.	

ad

ad Titum 97.
ad Philemonem 37.

Hoc modo Codex Prim. 4. exaratus conspicitur; ad imitationem Origenis, qui Jobum, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum, Sapientiam & Ecclesiasticum στιχηρῶς conscribi curavit; post Euthalium vero etiam Hesychius Hierosolymitanus eodem modo XII. Prophetas minores distinxit. 4. Non tantum στίχους i. e. minores distinctiones apposuit, atque numeris signavit, verum etiam majores, quae κεφάλαια vocant, & quorum ἔκθεσιν singulis libris praemisit. Epistolas quidem Paulinas jam A°. 396. alius, quem exscripsit, in Capita distinxerat, καθ' ἑκάστην ἐπιστολὴν προτάξομεν τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν, ἑνὶ τῶν σοφωτάτων τινὶ καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν πεπονημένην; in Actis vero & Catholicis, rogatu Athanasii ipse ad imitationem praecedentis Capitum distinctionem & recensionem invenit, ἐκ πατέρων ἡμεῖς καὶ διδασκάλων τὸν τρόπον καὶ τὸν τύπον ὠφελημένοι, ἐγχειροῦμεν μετρίως τῇδε τῶν κεφαλαίων ἐκθέσει, αἰτοῦντες συγγνώμην προπετείας ἡμεῖς οἱ νέοι χρόνῳ τε καὶ μαθημάτων, id in prologo Actis praefixo repetit τὰ ἕκαστα καθ' ἀκολουθίαν ἐκθέμενος ὀλιγοστῇ ἀνακεφαλαιώσει, & ante Catholicas τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν— μετρίως ποιούμενος: nisi enim ipse horum κεφαλαίων auctor fuisset, suae μετριότητος nullam fecisset mentionem. Ipsa etiam Capita in aliquot partes subdistinxit vel potius 1. 2. 3. 4. vel 5. Appendices illis adjunxit, διὰ μὲν τοῦ Ἄλφα καὶ Βῆτα αὐτοτελῆ τὰ κεφάλαια, διὰ δὲ τοῦ ἀστερίσκου τὰς ἐν μέρει τούτων ὑποδιαιρέσεις ἐσημειωσάμεθα: in Actis κεφάλαια μὲν ὅλα μ. τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα, ἅτινα τὰς σημειώσεις ἔχουσι διὰ τοῦ ἀστερίσκου μ. Habent ergo

Acta Apostolorum Capita	40.		
Epistola Jacobi - -	6.	ad Ephesios - -	10.
I. Petri - - -	8.	ad Philippenses -	7.
II. Petri - -	4.	ad Colossenses -	10.
I. Joannis - -	7.	I. ad Thessalonicenses	7.
II. Joannis - -	1.	II. ad Thessalonicenses	6.
III. Joannis. - -	1.	ad Hebraeos -	22.
Judae - - -	4.	I. ad Timotheum. -	18.
ad Romanos -	19.	II. ad Timotheum. -	9.
I. ad Corinthios -	9.	ad Titum - -	6.
II. ad Corinthios -	11.	ad Philemonem -	2.
ad Galatas -	12.		

Ista κεφάλαια in Fragmento illo vetustissimo, de quo supra, comparent; & a R. Stephano edita sunt. 5. Idem etiam notavit ἀναγνώσεις, h. e. indicavit ad quem finem ipso judice legendo cuiquam pergendum esset, τὴν

τῶν ἀναγνώσεων ἀκριβεστάτην τομὴν— ἡμεῖς τεχνολογήσαντες ἀνεκεφαλαιωσάμεθα.

In Actis notavit Lectiones 16.

In Epistola Jacobi	2.	ad Ephesios	2.
in priore Petri	2.	ad Philippenses	2.
in posteriore Petri	1.	ad Colossenses	2.
in prima Joannis	2.	I. ad Thessalonicenses	1.
in secunda Joannis	1.	II. ad Thessalonicenses	1.
in tertia Joannis	1.	ad Hebraeos	3.
in Epistola Judae	1.	I. ad Timotheum	1.
ad Romanos	5.	II. ad Timotheum	1.
I. ad Corinthios	5.	ad Titum	1.
II. ad Corinthios	4.	ad Philemonem.	1.
ad Galathas	2.		

Lectiones hasce eas fuisse censet Zacagnius, quae Euthalii tempore in Alexandrina Ecclesia servabantur: contrarium docet ipse Euthalius, qui se inventorem divisionis istius auctoremque fatetur. Quod vero adjecit Zacagnius, singulis diebus Dominicis per annum unam istarum Lectionum publice in Ecclesiis lectam aut legendam fuisse, id consuetudini Ecclesiasticae repugnat, qua librum Actorum interjecto tantum inter Pascha & Pentecosten tempore lectum, per omne vero reliquum anni tempus sepositum fuisse constat; videtur ergo Euthalius privatum potius usum respexisse, atque monstrare voluisse, quomodo quis singulis diebus definitam partem legendo hos libros intra annum absolvere posset. 6. Dicta ex Veteri Testamento in Actis vel Epistolis citata a reliquo textu uncinulis ac numeris appositis distinxit, libris etiam, unde desumta essent, margini adscriptis, τὴν τῶν θείων μαρτυρίων εὐαπόδεικτον εὕρεσιν ἡμεῖς τεχνολογήσαντες & alibi ἔκθεσιν— θείων μαρτυριῶν μετρίως,— ποιούμενοι. Epistolis vero ad Philippenses & Colossenses hanc Observationem praemisit; ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ οὐδ᾽ ὅπεθεν ἐμνημόνευσε ῥητοῦ Παῦλος ὁ ἀπόστολος. 7. Actis Apostolorum Epistolisque Catholicis & Paulinis singulos prologos praemisit, ac singulis libris ὑπόθεσιν sive Argumentum eorum, quod προοίμιον vocat, praefixit. 8. Quod praecipuum est, Editionem suam cum exemplari Pamphili martyris, in Bibliotheca Caesariensi asservato, contulit; cujus rei fidem facit subscriptio Codicis Prim. . . . . Inde error Librariorum ortus est, qui cum legerent, ab Euthalio Codicem Pamphili consultum fuisse, totum laborem Euthalii Pamphilo tanquam notiori adscripserunt. vide Codic. Gall. LVII. At longius a vero aberravit Millius, qui cum in exemplari aliquo paucorum seculorum Euthalii prologum conspexisset, illud protinus ipsius Euthalii αὐτόγραφον vel certe accuratissimum exemplar esse putavit, innumerasque V. L. quinque paginas in Folio complentes ad Euthalium

aucto-

auctorem retulit, quae temporibus Euthalii nondum natae erant, & a quibus Euthalius ipse in Prologis, Argumentis & Capitibus & in Fragmento MS. antiquissimo manifeste recedit: quod perinde est, ac si Millius omnes N. T. Variantes Lectiones ipsis auctoribus sacris adscribere voluisset. 9. In fine prologi Epistolarum Paulinarum notatur, Ao. D. 458. scriptus & quidem in Aegypto, τῆς παρούσης ταύτης ὑπατείας πρώτης Λέοντος Αὐγούστου, Ἰνδικτίωνος ιβ. ἔτει Φι ε. Διοκλετιανοῦ ρος. Aera enim Diocletiani & appellatio mensis Aegyptiis usitata fuit. *.

Athanasius scripsit Synopsin Sacrae Scripturae, Operibus S. Athanasii Episcopi insertam: in illa plerumque ad verbum eadem repetit, quae Euthalius exposuerat, quae causa est, cur eum pro eodem ipso presbytero, cui Euthalius prologos suos inscripsit, indubitanter habeamus. Utrum vero idem ad annum usque 500. vixerit, & Episcopatum Alexandrinum adeptus fuerit, incertum est. *

Ammonius Alexandrinus Presbyter, Ao. 458. subscripsit pro defensione Synodi Chalced. contra Eutychen & Dioscorum, ejus fit mentio in Catenis. *

Nestorius & Nestoriani; Fragmenta quaedam ex ipsorum scriptis reperiuntur in Actis Synodi Ephesinae, a Commelino Ao. 1591. editis & in Scholiis MSS. *

Hesychius, Presbyter Hierosolymorum, scripsit στιχηρὸν τῶν ιβ. προφητῶν Tomo. VIII. Criticorum Sacrorum editum, vidit ille editionem Euthalianam Epistolarum Pauli, adeoque tempore a Theophane assignato junior est, cujus rei ipsius praefatio fidem facit: ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ πρὸς τὴν τῶν μελετωμένων σαφήνειαν τὰς προφητείας ἐκτίθεσθαι, οὕτω τοιγαροῦν εὗρε μὲν τὸν Δαυὶδ κιθαρίζοντα, τὸν παροιμιαστὴν δὲ τὰς παραβολάς, καὶ τὸν ἐκκλησιαστὴν τὰς προφητείας ἐκθέμενον, οὕτω συγγραφεῖσαν τὴν ἐπὶ τῷ Ἰὼβ βίβλον, οὕτω μερισθέντα τοῖς στίχοις τὰ τῶν ᾀσμάτων ᾄσματα, πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποστολικὴν βίβλον οὕτω τινὶ συγγραφεῖσαν εὗρον οὐ μάτην ἐν τοῖς ιβ. βίβλοις τῶν προφητῶν αὐτοὺς ἠκολούθησα. Neque tamen multo est recentior, cum Cyrillus Scythopolitanus ejus faciat mentionem. Citatur etiam in Catenis Euangeliorum & apud Photium Bibl. *

Seculo. VI.

Theodorus Constantinopolitanus Anagnostes, Historiae Ecclesiasticae scriptor ex Editione Valesii. *

Severus Antiochenus Episcopus, auctor Sectae. In Catenis. *

Joannes Climacus vel Scholasticus, scripsit scalam Paradisi.

Anastasius Antiochenus Episcopus.

Andreas, Episcopus Caesariensis in Cappadocia, scripsit Commentarium in Apocalypsin.

Seculo VII.

Leontius Byzantinus Scholasticus, scripsit librum de Sectis, Basileae 1578. in Octavo editum.

Sophronius, Hierosolymitanus Episcopus, cujus mentionem facit Photius Bibl. *.

Maximus scripsit Dialogos a Beza Ao. 1570. editos & Athanasio adscriptos, in Orationem Dominicam MS. Faeschian. chartaceum, ἑκατοντάδας ς. quarum tres priores a Conr. Gesnero ex Codice Diegi Hurtadi editas sunt, duae vero posteriores in MS. Faeschiano extant; ad Joannem Cubicularium contra Severum in eodem MS., denique Locos Communes Aureliae Allobrogum Ao. 1609. in folio editos. *.

Thalassius, Presbyter & Abbas in desertis Libyae, scripsit sententiarum Centurias quatuor, in Orthodoxographis Basileae . . . . . . editas. *

Joannes Alexandrinus Philoponus, ab aliis Grammaticus cognomine dictus, scripsit in Hexaëmeron contra Theodorum Mopsuest. apud Photium Cod. 240.

Chronicon Alexandrinum sive Fasti Siculi ad A. C. 628.

Olympiodorus scripsit in Jobum, extat MS. in Bibliotheca Basiliensi.

Andreas, Monachus primum Hierosolymitanus, postea Archiepiscopus Cretensis, scripsit varias Homilias, quarum aliquot extant in Codice MS. Faeschiano membranaceo. *

Theodorus Raithusensis, in Palaestina presbyter, scripsit de Incarnatione, quod scriptum Beza edidit. *

Eulogius, Episcopus Alexandrinus, scripsit contra Timotheum & Severum Acephalos, & alia apud Photium Bibl. recensita.

Seculo VIII.

Joannes Damascenus, Opera ejus edidit R. Michael le Quien, Parisiis Ao. 1712. Praecipue ejus Parallela sacra & excerpta ex Chrysostomi Commentariis in Epistolas Paulinas plurimum nos adjuverunt; is quem supra laudavimus editor de MS. Codice, quo usus est, ita judicat: , Epitome , Commentariorum Jo. Chrysostomi Theodoreti & Cyrilli in Epistolas , Pauli in Codice Regio 2331. qui 900. circiter annorum praefert aetatem. Quod ad scripturae Textum, qui Commentario interjectus est, , attinet— a doctissimis praestantissimisque Criticis, quibuscum eum , communicavi, magni fuit aestimatus'. Quod si vero is, qui correctioni apud

apud Typographum praefuit, non ad vulgatos Codices Epistolarum Pauli Graecos & Latinos, sed unice ad MS. Codicis Lectionem attendisset, non suppressisset I. Thess. I. 1. vocem ἡμῶν. Cap. II. 8. exhibuisset cum antiquioribus ὁμειρόμενοι vers. 16. ἔφθασεν δὲ. I. Tim. V. 4. μανθανέτωσαν. VI. 17. ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. II. Tim. II. 26. ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος. IV. 18. καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος. Ita enim habere MS. Codicem a fratre meo, qui ipsum inspexit, didici. Sine dubio etiam ad Hebraeos VII. 9. non legendum erat: ὁ δὲ καταλαμβάνων, *qui autem accepit*; sed ὁ δεκάτας λαμβάνων, *qui decimas accipiebat*. In Bibliotheca Basiliensi extat Codex chartaceus MS. contra Nestorianos. *

Theodorus Abucara, Damasceni Discipulus, scripsit Arabice, convertit Michael Syncellus.

Theodorus Studites, Abbas Constantinopolitanus, ex editione Sirmondi Paris. 1696. *

Germanus I. Patriarcha Constantinop. citatur Photio Bibl. *

Tharasius, Patriarcha Constantinop. scripsit Epistolam ad Hadrianum Papam apud Beveredgium extantem. *

Georgius Syncellus, Tharasii Patriarcha, scripsit Chronicon.

Elias Pretensis Metropolita, circa A. C. 787. clarus, teste Fabricio, scripsit in exilio Commentarios in 18. Orationes Gregorii Nazianzeni, in MS. Codice Basiliensi asservatos, a Leunclavio vero in Latinum conversos editosque Basileae 1571. Scopus ejus praecipue fuit, dicta S. S. ad quae Nazianzenus alludit, indicare, τῶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς χρήσεων, ὧν τὰ μὲν παρωδῶν, τὰ δὲ προσκολλῶν, τὰ δ' ἀλλοιῶν καὶ πολυτρόπως καταποικίλλων ὁ μέγας οὗτος συνήφαινεν. Citat Maximum & Joannem Damascenum, Titulus operis hic est: Ἐξήγησις εἰς τοὺς λόγους Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, πονηθεῖσα τῷ ἐν τελεῖ μητροπολίτῃ κρήτης Ἠλίᾳ ὑπερορίῳ τυγχάνοντι. *

Seculo IX.

Nicephorus Patriarcha CP. scripsit Confessionem Fidei ad Leonem Papam, editam in fine Actorum Synodi Ephesinae. *

Photius Patriarcha CP. scripsit Nomocanonem, Beveredgio edente, Bibliothecam edente Hoeschelio A°. 1601. Epistolas edente Montacutio Londini 1651. ejus etiam fit mentio in Catenis. *

Seculo X.

Arethas, Caesareae Cappadocum Episcopus, scripsit Orationem funebrem Euthymii A°. 911. Ejus fit mentio in Palaeographia Graeca. p. 275. ad A. C. 914. Scripsit etiam Commentarium in Apocalypsin, A°. 1631. Parisiis editum. *

Con-

Conſtantinus Porphyrogennetus Imp. ſcripſit Ceremoniale, ex quo Excerpta edidit Fabricius e Codice MS. Ampliſſimi V. D. Zachariae Conradi ab Uffenbach, Conſulis Francofortenſis.

Michaël Pſellus, Photii Diſcipulus.

Joannes Geometra, ejus fit mentio in Catenis in Lucam &c. *.

Antonius Meliſſa ſcripſit Locos Communes Aº. 1609. cum Maximi Locis editos; aetas ejus ignoratur, citat autem Photium atque Damaſcenum. *

Theodorus Daphnopata, praeceptor Conſtantini Porph. Aliquot ejus Homiliae, quarum una eſt de inventione Capitis Jo. Baptiſtae, extant in MS. Codice Faeſchiano membranaceo. *

Oecumenius ſcripſit in Acta & Epiſtolas Apoſtolorum, Pariſiis 1631. editus. Textus autem ſacer ad Editiones potius N. T. Eraſmiani, quam ad fidem Codicum MSS. expreſſus eſt. *

Seculo. XI.

Theophylactus, Bulgariae Archiepiſcopus, Chryſoſtomum redegit in Compendium, ſcripſit in Euangelia Commentarios, quos in Bibliothecae Baſilienſis Codice chartaceo jam extantes Eraſmus inſpexit, Oecolampadius vero in Latinum converſos edidit. Scripſit etiam in Epiſtolas Pauli Commentarios, Londini Aº. 1636. editos. *

Michaël Pſellus, Michaëlis Ducae Imperatoris praeceptor.

Suidae Lexicon.

Seculo. XII.

Euthymius Zygabenus, Monachus Conſtantinopolitanus ſcripſit, πανοπλίαν δογματικὴν Aº. 1710. Tergeſti typis editam; ſcripſit etiam in Euangelia & Epiſtolas Commentarios Millio viſos.

Theodorus Prodromus ſcripſit Epitomen Commentariorum in Pſalmos, in Bibliothecae Baſilienſis MS. Codice extantem. *

Theophanes Cerameus, Epiſcopus Tauromenitanus in Sicilia, ſcripſit multas Homilias.

Joannes Zonaras Conſtantinopolitanus, ſcripſit Chronicon, & in Jus Canonicum notas a Beveredgio editas. *.

Alexius Ariſtenus ſcripſit in Jus Canonicum, & a Balſamone citatur. *

Seculo

Seculo XIII.

Nicetas Choniates varia scripsit partim edita partim inedita, praecipuum opus est Thesaurus Orthodoxae Fidei.

Eustathius Homeri Interpres.

Seculo XIV.

Macarius Chrysocephalus, Philadelphiae Metropolita, conscripsit Catenam in Matthaeum ex variis Patribus A°. 1345. MS. Baroc. 166. Millio inspectam, & ad seculum X. relatam.

A°. 1630. Balthasar Corderius Antverpiae edidit Catenam Patrum Graecorum in Joannem ex Codice membranaceo Cardinalis Cusani, qui Treveris adservatur. Videtur autem in textu exhibendo magis secutus Codices typis editos, quam Lectionem MS. sui Codicis. *

C A P U T VIII.

De Versione Latina.

PRimis quidem Ecclesiae Romanae temporibus, cum majorem partem ex Graecis atque exteris constaret, cumque adhuc Graeca lingua fere omnibus gentibus per orbem terrarum familiaris esset, Latine conversis Codicibus Sacris opus non fuit, quum Graece legi & intelligi possent ab omnibus. Circa medium demum seculi II. Pio Pontifice Italo existente videtur lectitari Scriptura Sacra in lingua vernacula, hoc est Latina, coepisse. Cujusmodi autem fuerit haec conversio, multo ante correctionem Hieronymi confecta, ex scriptis eorum, qui eadem usi fuerunt, conjecturam facere licebit, quanquam varie tentata ac descripta fuerit.

Occurrit primo loco Marcion & Marcionitae, qui corruperunt libros N. T. resectis omnibus iis, quae Judaicae Religioni favere putabant, & contracto toto N. T. in duos Codices, quorum priorem vocabant *Euangelium* ex Luca maximam partem conflatum, ac subinde ex reliquis Euangelistis integratum; posteriorem *Apostolicum* continentem Epistolas ad Galatas, ad Corinthios, ad Romanos, ad Thessalonicenses, ad Laodicenos, ad Colossenses, ad Philemonem, ad Philippenses.

Instituti nostri non est Marcionem refutando actum agere, ac de illis lo-

cis disputare, quae sustulerat, sed potius de iis agemus, quae retinuerat. Ac principio, quod a nemine adhuc animadversum puto, comperimus, Marcionis Codices N. T. non ex Graecis exemplaribus sed ex Versione Latina veteri, sive Italica conflatos fuisse. Nimirum ex tribus tantum monumentis, quid Marcion legerit, & Romae primum ediderit, constare potest ex Epiphanio, ex Tertulliano & ex Dialogo contra Marcionitas, quem Basilius cum Gregorio Philocaliae capite 24. Origeni, Photius Bibl. 236. Methodio, Eusebius autem antiquissimus testis Hist. Eccl. 5, 27. & Praeparat. Euang. 7, 24. Maximo cuidam, cujus aetatem ignorasse videtur, adscripsit: ex curiosa vero Dialogi ipsius lectione patet non solum, quod & Huetius vidit, illum seculo IV. sub Constantino M. sed etiam Latine primum a Maximo forte Treverensi scriptum fuisse, & postea in Graecam Linguam conversum. Frequentissime enim loca Scripturae ita citat, ut plane constet, Graeca ex Latinis conversa esse, cum passim a Codicum omnium Graecorum, qui quidem ad notitiam nostram pervenerunt, lectione recedat, & cum Latinis ubique consentiat, quod paucis exemplis palam fiet: v. gr. Coloss. IV. 11. habet: οὗτοι μόνοι μου εισι σύνεργοι, ubi verba μου εισι ex Latina versione addita sunt: porro Lucae XI. non LXX. cum Graecis, sed LXXII. discipulos Christi cum Latinis bis numerat; I. Cor. I. 11. ἤκουσαι μοι pro ἐδηλώθη μοι. Exod. XXIII. 5, ῥεμβόμενον pro πλανώμενον, ὄνον pro ὑποζύγιον; ἀνάξας pro ἀποςρέψας, ἐ μὴ ἀντιπαρέλθης pro ἐ παρελεύσῃ, ἐπάρας pro ἐγερεῖς: Matth. V. 39. *Maxillae* simpliciter mentionem facit, omisso epitheto *dextrae*, quae Latinorum Codicum est Lectio teste Augustino. Genes. XXVII. 1. vocat ὑποχυθέντα τὸν Ἰσαὰκ pro ἠμβλύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτȣ̃. I. Thess. IV. 16. ἐγερθήσονται pro ἀναςήσονται. Matth. XXIV. 27. ἐκβαίνει pro ἐξέρχεται. ib. ἡ ἔλευσις pro ἡ παρȣσία. Luc. VI. 43. ἐνεγκεῖν & ἔνεγκαι pro φέρειν. Gal. VI. 7. ἃ γὰρ ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, ταῦτα, pro ὃ & τȣ̃το; conferatur etiam parabola Lazari & Divitis, ubi illud ἐτάφη ἐν τῷ ᾅδῃ, ex Latinorum est distinctione. II. Pet. III. 15. τὴν δεδομένην pro τὴν δοθεῖσαν. Luc. X. 18. εἶδον pro ἐθεώρȣν. Luc. XXIV. 39. ὁρᾶτε pro θεωρεῖτε. Luc. VIII. 46. ᾐσθήθην γὰρ δύναμιν ἐξελθȣ̃σαν ἐξ ἐμȣ̃ pro ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθȣ̃σαν ἀπ' ἐμȣ̃. Ephes. I. 6. addit cum Latinis υἱῷ αὐτȣ̃. Matth. XXII. 45. addit cum Latinis ἐν πνεύματι. Luc. XVIII. 35. quinque Variationes ab Editis cum Cantabrigiensi Codice communes habet, Galat. VI. 17. τ̃ ἄλλων pro τȣ̃ λοιπȣ̃. I. Reg. XVII. 36. ἦραν pro ἀφεῖλον. Porro Tertullianus quoque tales Marcionis lectiones profert, quae in Latino locum habere possunt. Ut Lucae XX. 35. *quos autem dignatus est Deus seculi illius possessione*, item quando ad Ephes. III. 9. „ rapuit, inquit, Haereticus *in* praepositionem, „ & ita legi fecit, *occulti ab aevi Deo, qui omnia condidit*; cum in Grae- „ cum Textum tales aequivocationes non cadant". Denique, Epiphanio teste,

teste, Marcion Gal. V. 9. legit δολοῖ pro ζυμοῖ, nimirum Italicam conversionem secutus, quae habet, *corrumpit*. *
Irenaei Interpres Latinus Bibl. Patr. *
Tertullianus, ex Editione B. Rhenani Basileae 1521. *
Cyprianus, Editionis Oxoniensis 1682. *
Novatianus scripsit librum de Regula Fidei & Epistolam de Cibis Judaicis.
Minutius Felix scripsit Octavium. *
Arnobius in Psalmos & adversus Gentes, Basileae 1560. in Octavo. *
Lactantius, Cantabrigiae 1685. in Octavo editus. *
Optatus Milevitanus B. P. *
Lucifer Calaritanus B. P. *
Juvencus B. P. *
Hilarius, Pictaviensis Episcopus, ex Origene multa depromsit, teste Hieronymo ad Marcell. Editus est Basileae 1550. *
Maximinus, Arianorum Episcopus, apud Augustinum. *
Sermo Arianorum apud Augustinum. *
Candidus Arianus ad Victorinum, editus a Mabillonio Analect. Vett. T. 4. p. 157. *
Marius Victorinus Afer adversus Arium B. P. *
Faustinus Presbyter contra Arianos B. P. *
Phoebadius Agensis Galliarum Episcopus, cujus scriptum contra Arianos a Beza editum est. *
Hilarius, Diaconus Romanus, Luciferitanae Sectae, scripsit in omnes Epistolas Pauli, excepta Ep. ad Hebraeos, Commentarium, qui vulgo Ambrosio tribuitur, & in ejus operibus extat; eidem etiam Simonio judice adscribendae sunt Quaestiones in V. & N. T. Augustino hactenus adscriptae. *
Tichonius scripsit in Apocalypsin & Regulas undecim, quae extant in B. P. *
Julius Firmicus Maternus de errore Profanarum Religionum B. P. *
Ambrosius, Mediolanensis Episcopus, Basileae 1538. editus. *
Prudentius, Basileae 1564. in 4. editus. *
Chromatius B. P. *
Pacianus B. P. *
Rufinus multa Origenis convertit, ut περὶ ἀρχῶν, in Octateuchum, in Psalmos aliquot & in Epistolam ad Romanos. *
Philastrius Brixiensis de Haeresibus B. P. *
Gaudentius, Philastrii successor B. P. *
Hieronymus, Edit. Basileae 1537. *
Pelagius scripsit in Epistolas Pauli, sub nomine Hieronymi, inter ejus opera editus. *

Julianus Pelagianus, ab Augustino refutatus. *

Faustus Manichaeus, ab Augustino refutatus. *

Augustinus, Edit. Basileae 1569. cujus de se ipso testimonium lib. 2. c. 33. contra Petilianum hoc est: „ Et ego quidem Graecae Linguae perperam „ assecutus sum, & prope nihil". Duo Supplementorum Tomi editi sunt Parisiis. 1655. *

Salvianus Rittershusii Bremae 1688. *

Sulpitius Severus.

Joannes Cassianus, edit. Basileae 1575. *

Vincentius Sirinensis, Baluzii Bremae 1688. *

Coelestinus, Papa Romanus, cujus Epistolae quaedam de Latino in Graecum conversae extant, in Actis Synodi Ephesinae. *

Leo Magnus.

Claudianus Mamertus de Statu Animae 1520. in Quarto. *

Cassiodorus.

Fulgentius Ruspensis in Africa, editus Basileae. . . . . *

Petrus Diaconus ad Fulgentium, in Orthodoxographis. *

Liberatus, Archi-Diaconus Carthaginiensis, scripsit Breviarium.

Vigilius Tapsensis scripsit Disputationem & multas Epistolas Athanasii nomine, item adversus Varimadum libros tres sub nomine Idacii Clari B. P. *

Victor Tununensis Chronicon scripsit.

Gregorius Magnus.

Isidorus Hispalensis Basileae 1577. in Folio editus. *

Sedulius, Hibernus Poeta, scripsit opus Paschale B. P. *

Paulinus scripsit Epistolas, quae extant in Orthodoxographis. *

Faustus Regiensis de Gratia Dei, in Orthodoxographis. *

Joannes Maxentius Hormisdae Papae Epistolae, a Gesnero spuriae judicatae, respondit. Binius Eutychianum illum fuisse existimat: Editus est in Orthodoxographis. *

Gildas, Castigatio in Ecclesiasticum Ordinem, in Orthodoxographis. *

Opus imperfectum in Matthaeum, in Editionibus Chrysostomi Latinis; continet Homilias 54. in Capita priora XIII. & in XIX. ad XXV. Auctor fuit Episcopus Ho. 8. forte Eunomianus, multa enim habet contra Theodosium Imperatorem, multa de rebaptizandis Haereticis, & de Inaequalitate Dei Patris & Filii; Ceterum Latinus fuit, qui Epistolam ad Hebraeos non recepit. *

Beda Venerabilis dictus, scripsit Commentarios ex aliis excerptos, multa etiam Flori Diaconi sub nomine Bedae leguntur, teste Mabillonio Analect. Vett. T. I. Editus est Basileae A°. 1563. in Folio. *.

Walefridus Strabus, Discipulus Rabani Mauri, creditur esse auctor Glossae ordinariae. Ra-

Rabanus Maurus.
Hincmarus Rhemensis.
Fulbertus Carnotensis.
Honorius Augustodunensis de Imagine Mundi.

His annumeramus omnes Codices Graeco-Latinos Cap. IV. praecedenti descriptos; illos item ex quibus R. D. Martianaeus Euangelium Matthaei & Epistolam Jacobi Parisiis A°. 1695. edidit; & illum, qui Matthaeum continet in Collegio Ludovici Magni apud Patres Societ. Je. quem & Simonius vidit, & nos, humanissime facta nobis a R. Harduino Bibliothecario ejus rei potestate, cum Editis contulimus. Tales hinc inde multi latent in Bibliothecis, quibus tamen Correctiones Hieronymianae, abrasis vetustioribus literis, inscriptae sunt, qualem Codicem possidet Bibliotheca Basiliensis, qui prius fuerat Conradi Clemhre Summissarii Ecclesiae Argentinensis, postea Fratrum Carthusiensium prope Argentinam. *

Ex ista Versione Itala etiam Versio Anglo-Saxonica adornata est, quam Th. Marechallus edidit; porro etiam Versionem Gothicam inde prodiisse existimo, quam Franciscus Junius F. edidit Amstelaedami 1684. depromtam ex Codice literis argenteis in membrana violacei coloris scripto, & primo in Abbatia Werdensi prope Coloniam, jam vero in Bibliotheca Academiae Upsaliensis in Suecia asservato. Continet iste Codex IV. Eangelia sed mutila. Desunt enim omnia in Matth. ad Cap. V. 15. item a VI. 33— VII. 11. a X. 1. ad 22. ab XI. 25.— XXVI. 71. a XXVII. 20. — 41. Cap. XXVIII. Marc. XII. 39— XIII. 16. a vers. 30.— XIV. 4. a vers. 16.—41. a cap. XVI. 12. ad finem. Lucae X. 31.— XIV. 10. a XVI. 24.— XVII. 2. a XIX. 15.—23. a XX. 38.— Jo. VI. 45. Jo. VIII. 1.—15. XI. 48 — fin. XII. 5.— XIII. 11. XIX. 13. ad finem. Canones etiam Eusebii adscriptos habet. Ex Latino conversum esse prodit, primo Titulus, ***Incipit Euangelium secundum Marcum***, ***Incipit Euangelium secundum Lucam***; quae formula Latinorum non Graecorum est. Vertit porro ut Latini, Matth. VI. 7. ***multum loqui.*** 11. ***panem quotidianum.*** 16. ***tristes.*** VIII. 18. ***trans fretum praecepit discipulis suis.*** X. 29. ***sine voluntate patris vestri.*** XI. 2. ***mittens discipulos suos.*** Marc. I. 10. ***vidit coelos apertos.*** 38. ***vicos & civitates.*** VII. 3. ***crebro.*** XIV. 8. ***sepulturam.*** XV. 8. ***cum ascendisset***; Luc. I. 3. ***a principio.*** II. 8. ***Custodientes vigilias.*** II. 14. ***bonae voluntatis***: VI. 25. ***epulatione.*** XVII. 15. ***mundatus.*** Jo. X. 14. ***cognoscunt me meae.*** XII. 32. ***omnia.*** Habet dein voces & terminationes Latinas; ***fasciis***, ***carcer***, ***lucerna***, ***senex***, ***aes***, ***acetum***, ***oleum***, ***annona***, ***milites***, ***sol***, ***arca***, ***Bethlehem***, ***Johannes***, ***Esaias***, ***Moses***, ***Paracletus***, ***Pilatus***; habet denique etiam Emendationes, quae in nullis Graecis repeiuntur, ut Marc. III. 21. ***& cum audissent de eo Scribae & alii.*** Editio ipsa multis scatet mendis, quarum plurimae ex literarum similitudine & ob-

obſoleta ſcriptura videntur obortae. Ex quibus omnibus conficitur, iſtam converſionem neque ejus aetatis neque ejus auctoritatis eſſe, quae vulgo eidem tribuitur. *

Licet autem exemplaria veteris Latinae Verſionis inter ſe varient, & magis quidem quam Graeca, ita ut hyperbolico Hieronymi ſtylo, praefatione in Euangeliſtas ad Damaſum tot ſint exemplaria pene quot Codices: plerumque tamen tantus eſt conſenſus in abſurdis etiam Lectionibus, ut ſatis appareat omnia ex uno fonte manaſſe, ex eademque Editione deſcriptos omnes prodiiſſe. Neque ſane fieri aliter potuit, quam ut ea ſaltem, quae publice legebantur, atque a Tractatoribus explicabantur, dum unus alterum exſcribit, iisdem verbis repeterentur. Millius tamen, cum obſervaſſet easdem voces *νυμφῶν, κόπους παρέχειν, λάθρα, νάρδος πιστικὴ, φυτεύειν, κατάλυμα* aliter apud Matthaeum, aliter apud Marcum, aliter denique apud Lucam & Joannem converſas, inde inferebat, ſingulorum Euangeliorum alios fuiſſe Interpretes. Quod Argumentum validius, quam illud Martianaei, qui ex deprehenſa varietate in numeris Sectionum ejusdem libri id ipſum inferebat, plures nempe fuiſſe Interpretes librorum N. T. haec enim variatio a Tractatoribus vel etiam a librariis potius quam ab ipſis interpretibus profecta eſt, teſte Hieronymo de Scriptor. Eccleſiaſt „Fortunatianus, inquit, natione Afer, Aquilejenſis Epiſcopus, imperante Conſtantino, in Euangelia titulis ordinatis brevi & ruſtico ſermone ſcripſit Commentarios". En vero Indicem Capitum:

Matthaeus Capitula	80.	73.	74.	76.	28.	88.	117.	verſus 2700.
Marcus	46.	45.	47.	——		——	——	1700.
Lucas	76.	79.	62.	——		——	——	3800.
Joannes	35.	36.		——		——	——	1800.
Actus	70.			——		——	——	3600.
ad Romanos	50.	30.		——		——	——	911.
I. ad Corinthios	73.	25.		——		——	——	1000.
II. ad Corinthios	28.	20.		——		——	——	590.
ad Galatas	37.	12.		——		——	——	292.
ad Epheſios	31.			——		——	——	213.
ad Philippenſes	19.	8.		——		——	——	316.
ad Coloſſenſes	29.	10.		——		——	——	213.
I. ad Theſſalonicenſes	25.	10.		——		——	——	
II. ad Theſſalonicenſes	9.	6.		——		——	——	
ad Hebraeos		23.		——		——	——	700.
I. ad Timotheum	29.	12.		——		——	——	
II. ad Timotheum		7.		——		——	——	230.
ad Titum - -		6.		——		——	——	

ad

ad Philemonem		—	4.	—	—
Jacobi	—	20.	4.	—	—
I. Petri	—	20.	21.	—	—
II. Petri	—	11.	—	—	—
I. Joannis	—	20.	—	—	—
II. Joannis	—	5.	—	—	—
III. Joannis	—	5.	—	—	—
Judae	—	7.	—	—	—
Apocalypſis	—	43.	41. & ſecundum Antiquos 22. Verſus 1800.		

Accidit autem iſti Verſioni, quod & aliis, ut ſubinde Interpres neque Graecam neque Latinam linguam ſatis intelligeret, & vocibus ὁμοιοφώνοις invicem confuſis turpiter hallucinaretur. Hinc eſt quod, Matth. VI. 24. vertit, *unum patietur*, ac ſi ἀνέξεται non vero ἀνθέξεται ſcriptum eſſet Marci IX. 10. *conturbavit eum*, i. e. ἐτάραξεν pro ἐσπάραξεν. Epheſ. IV. 9. *deſperantes*, h. e. ἀπηλπικότες pro ἀπηλγηκότες. Coloſſ. II. 5. *quod deeſt neceſſitatibus*, h. e. τὸ ὑςέρημα τῆς χρείας pro τὸ ςερέωμα τῆς εἰς Χριςὸν. II. Theſſ. III. 16. *loco*, i. e. τόπῳ pro τρόπῳ. I. Tim. VI. 20. *vocum novitates*, i. e. καινοφωνίας pro κενοφωνίας. Philem. 6. *evidens vel manifeſta*, i. e ἐναργὴς pro ἐνεργὴς. ib. vers. 16. *pro ſervo*, i. e. ὑπὲρ δούλου, pro ὑπὲρ δοῦλον. Philip. III. 10. *coonerati*, i. e. συμφορτιζόμενοι pro συμμορφιζόμενοι. Gal. V. 7. *nemini conſenſeritis*, i. e. μὴ πείθεσθε pro μὴ πείθεσθαι. Multa ob convertendi difficultatem plane omiſit, ut Lucae VI. 1. δευτεροπρώτῳ Rom. XV. 20. φιλοτιμούμενον. I. Cor. VII. 35. εὐπάρεδρον ἀπερισπάςως, teſte Hieronymo, lib. 1. adv. Jovinian. Heb. IV. 1. mandato, i. e. ἀπαγγελία pro ἐπαγγελία. Multa perperam vertit, ut Heb. VI. 1. *fundamentum diruentes*, ubi in Graeco eſt θεμέλιον καταβαλλόμενοι ſenſu plane contrario &c.

Neque exiſtimandum, plerumque librarios minus ſibi ſumſiſſe aut potius indulſiſſe, quam Interpretes. Quare eadem Verſio, ut omnium erat antiquiſſima ita etiam mendoſiſſima habebatur, ut correctione indigere nemo negaret, quam cum, jubente Papa Damaſo, Hieronymus ſuſcepiſſet, omnes certatim operam ejus amplexi ſunt. Ipſe Auguſtinus frequenter in Retractationibus & alibi de mendoſitate Codicis ſui conqueritur, & ſcripturam Graecam h. e. Hieronymi correctiones praefert.

Quid vero jam Hieronymus praeſtiterit, quidque correxerit vel reliquerit, nemo melius ipſo docere poteſt. 1. Conſuluit Graecos Codices Origenis, Pierii atque Euſebii, in Bibliotheca Caeſarienſi reconditos, ad quos aliquando nominatim provocat, in praefatione vero ad Damaſum pollicetur, *Euangelia Codicum Graecorum emendata collatione ſed veterum.* 2. Rigorem Criticum cauta quadam Oeconomia ita temperavit, ut offenſionem imperitorum metuens multa inemendata relinqueret:

Quae,

, Quae, inquit, Euangelia, ne multum a lectionis Latinae consuetudine discre-, parent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quae sensum videbantur, mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant— Quis enim, doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumserit, & a sa-, liva, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim, erumpat in vocem; me falsarium, me clamitans esse Sacrilegum, qui, aliquid audeam in veteribus libris addere, mutare, corrigere"? Hinc factum, ut Hieronymus interpres ab Hieronymo tractatore non raro dissideret, non in verbis tantum sed & in sensu, ut Ephes. IV. 19. Versio habet, *desperantes*, Commentarius: „ ἀπηλγηκότες multo aliud in Graeco „ significat, quam in Latino, *desperantes* quippe ἀπηλπικότες nominantur, „ ἀπηλγηκότες autem hi sunt, qui postquam peccarint, non dolent". Philem. 6. versio habet: *evidens*, Commentarius: „ sive ut in Graeco melius „ habetur, *efficax*; ἐνεργὴς enim proprie transferri potest *efficax* seu *ope-* „ *ratrix*". Ephes. III. 14. Versio: *ad Patrem Domini nostri Jesu Christi*, Commentarius: „ non ut in Latinis Codicibus additum est, *ad patrem* „ *Domini nostri Jesu Christi*, sed simpliciter *ad Patrem* legendum". Ephes. I. 6. Versio: *in dilecto filio suo*, Commentarius: „ nec putandum „ est, quod in Latinis Codicibus habetur, scriptum esse, *in dilecto filio* „ *suo*, sed simpliciter *in dilecto*". Gal. V. 9. „ male in nostris Codicibus „ habetur, *modicum fermentum totam massam corrumpit*, & sensum „ potius interpres suum, quam verba Apostoli transtulit". Haec eum in finem observo, ne quis existimet, Hieronymum omnia, quae non emendavit, pro emendatis habuisse, cum enim omnibus placere omnesque placare studeret, coactus est id aliquando facere cum praejudicio veritatis. Hinc submissae ad Augustinum preces:— „ neque mihi imperitorum plebeculam concites, qui te venerantur ut Episcopum, & in Ecclesia declamantem sacerdotii honore suscipiunt". 3. Conjecturis suis etiam aliquid videtur hinc inde tribuisse, non in Commentariis tantum, sed in ipsa etiam Conversione.

Extiterunt post Hieronymum correctores alii, quorum praecipuus fuisse videtur Alcuinus, Caroli Magni praeceptor, qui novis libris ex Graecia acceptis, & quaestionibus Scholasticis contra Felicem atque Elipandum penitus immersus atque implicitus, haud scio an inseruerit Latino textui pluscula Hieronymo, atque veteribus prorsus ignorata; ordinem certe Epistolarum invertit, forte etiam decantatum illum prologum in Catholicas composuit. Illud, cum prius Epistola Petri Catholicis, Catholicae vero Paulinis praefixae essent, his versiculis, qui in MS. Codice Tigurino reperiuntur, testatum reliquit:

Matthaei & Marci Lucae liber atque Johannis

Sanctus

Sanctus Apostolicos Lucas conscripserat Actus;
Bis septem docti per Cartas Dogmata Pauli,
Jacobi, Petri, Judae & pia dicta Johannis,
Scribitur extremo Johannis in ordine Thomus,
Jusserat hos omnes Christi deductus amore
Alchuinus Ecclesiae famulus conscribere libros.

Item alibi:

Codicis istius quot sunt in Corpore Sancto
Depictae formis litterulae variis:
Mercedes habeat Christo donante per aevum
Tot Carolus Rex, qui scribere jussit eum.
Pro me quisque legens versus orare memento,
Alchuinus dicor: tu sine fine vale.

Quin & idem Alcuinus in Epist. ad Gislam. lib. VI. Comment. in Joannem praefixa: „ totius, inquit, forsitan Euangelii expositionem direxi „ vobis, si me non occupasset Domini regis praeceptum in emendatione „ Veteris Novique Testamenti": Est & Caroli Magni praefatio in Homiliarium Pauli Diaconi, apud Mabillon. Vet. Analect. T. I. p. m. 25. in qua sibi Imperator ejusmodi operam adscribit: „ Karolus Dei fretus auxilio, „ Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum, religiosis „ lectoribus nostrae ditioni subjectis. Cum nos divina semper domi fo- „ risque clementia sive in bellorum eventibus, sive in pacis tranquillita- „ te custodiat, etsi quicquam rependere ejus beneficiis tenuitas humana „ non praevalet, tamen quia est inaestimabilis misericordiae Deus noster, „ devotas suae servituti benigne approbat voluntates: Igitur quia curae „ nobis est, ut Ecclesiarum nostrarum ad meliora semper proficiat status, „ obliteratam poene malorum nostrorum desidia reparare vigilanti stu- „ dio literarum satagimus officinam, & ad pernoscenda sacrorum libro- „ rum studia nostro etiam, quos possumus, invitamus exemplo; Inter quae „ jampridem universos V. ac N. T. libros librariorum imperitia deprava- „ tos, Deo nos in omnibus adjuvante, examussim correximus &c". Idem confirmat Theganus p. 277. Tom. II. Script. Hist. Franc. ab Andr. du Chesne editorum: „ Dominus Imperator nihil aliud coepit agere, nisi in „ orationibus & eleemosynis vacare & libros corrigere. Nam quatuor „ Euangelia Christi in ultimo anno ante obitus sui diem cum Graecis & „ Syris optime correxerat.

Quin etiam Lanfranco, Episcopo Cantuariensi, in Vita ejus a L. Dacherio edita, ejusmodi correctio tribuitur: „ Lectioni erat assiduus & ante „ Episcopatum & post Episcopatum, quantum poterat. Et quia Scri-

„ ter innitantur, quatenus super Textum literae certioris sanctorum studiorum aedificia securius componantur; quantum invenire potuimus, „ ex Glossis B. Jeronimi, & aliorum Doctorum, ut ex libris Hebraeorum, „ & antiquissimis exemplaribus, quae etiam ante tempora Karoli magni „ scripta fuerunt, hic in brevissima notula scripsimus ea, quae ex novis „ & diversis Bibliis propter varias literas magis dubia vel superflua cre- „ debamus. Neque enim, ut dicit Jeronimus, sic nova cudimus, ut vetera „ destruamus, sed magis vetera statuentes, quaedam nova vitio scripto- „ rum in Textu de glosis & postillis inserta, vel etiam per quorundam „ imperitiam depravata, non nostra sed aliorum majorum auctoritate re- „ secanda monstramus, in toto N. T. punctum minio super aliquam dicti- „ onem positum notat auctoritatem Graecorum". Post in Marci XII. 35. haec habent: „ multa de Euangeliis incorrecta relinquimus, quia pro „ brevitate temporis corrigendi & inopia expositorum ad plenum discuti „ non potuerunt".

Quod antiqua exemplaria & Hieronymum consuluerunt, recte atque ordine factum est: at vero cum ad Glossam ordinariam & Rabanum provocant, cumque Graecis Codicibus non vetustis, sed seculi XIII. ac varie interpolatis (uti lectiones ab ipsis allatae fidem faciunt) usi sint, pallio purpureo videntur centonem nullius pretii assuisse. Isto tamen Dominicanorum labore plurimum adjuti fuerunt R. Stephanus, Fr. Luc. Brugensis, & hi, qui jussu Sixti V. & Clementis VIII. emendandum N. T. Codicem susceperunt, ut & Simonius, singuli tamen diversis exemplaribus usi. Cum enim emendationes in ipso Bibliorum Codice punctis infra vel supra vocem positis notarentur, nominaque eorum, ex quorum scriptis petitae sunt, literis tantum initialibus per compendium scriberentur, fieri non potuit, quin librarii frequentissime aberrarent, multaque omitterent, & saepe unum pro altero ponerent; quae etiam caussa est, cur ista Correctio paucos descriptores inveniret, cum ipsa operis lectio injucunda atque arida videretur, nedum scriptio. Accessit ad hoc, quod ipsi fratres Dominicani, mutato consilio, sub quinto Ordinis Generali Humberto A°. 1256. habito Parisiis Capitulo generali, isti Correctioni fidem abrogarunt: „ Correctiones Bibliae Senonensis non approbamus, „ nec volumus, quod fratres innitantur illi Correctioni": scilicet abjecto studio Scripturae Sacrae ab ore Doctoris Angelici toti pendere, & secundum formulas Scholae loqui maluerunt. *

Istam temporum suorum infelicitatem deploravit Rogerus Baconus Minorita, Doctor Oxoniensis, qui Tractatibus aliquot missis ad Clementem P. A°. 1267. occlusos fuisse dicit fontes Theologiae ob ignorationem linguarum, imo ne quidem aditos rivulos a novis quos vocant Theologis, his enim pro vulgatis Bibliis fuisse librum Sententiarum. Ex hac autem

 igno-

ignorantia ac neglectu Scripturarum evenisse, ut per annos jam quadraginta haud extiterit quidem apud Occidentales sanum aliquod Bibliorum exemplar. Ipsum enim Parisiense, unde jam sumta reliqua, pro majori parte horribiliter fuisse corruptum, quaeque exinde evulgaverunt Stationarii Parisienses, partim a Scribis partim a Lectoribus adeo misere fuisse vitiata, ut vix relictum esset in Textu sani quidpiam, ac cui fidenter inniti liceret. Seduloque id agit apud Clementem, ut auspiciis ejus nova demum eaque ad optimorum Codicum fidem castigata prodeat Bibliorum editio: Extare scilicet apud Latinos suos probata hujus versionis exemplaria non pauca, & quidem in hisce tenebris superesse viros linguarum praesidiis instructos, qui hujusmodi Editionem adornare poterunt: praecipue vero sapientissimum τὸν δεῖνα (nomen enim ejus premit Rogerus, donec de Papae hac de re consilio certior fiat) virum in S. literis supra omnes mortales eruditum, qui posuit ferme annos quadraginta in litera Textus corrigenda & exponendo sensu literali; uti apud Millium verba ejus referuntur.

Seculo XV. Laurentius Valla Codices Latinos vulgatos non tantum ex Graecis (uti Cap.IV.Sect.III.num.XXII. vidimus) verum etiam ex vetustioribus Latinis corrigere aggressus est. In Matth. XXVII. 22. „Tres Codices, „ inquit, Latinos habeo, cum haec compono, & nonnunquam alios Codices „ consulo". Et in Jo. XVIII. 28. „Reddam debitam laudem iis, qui Codices „ invenerunt; & si ob mirificum studium literarum antiquarum viri laudati „ sunt, Cyriacus Amonitanus quinque Mediolani & aliis circa urbibus, „ quibus Augustinus diversatus est, duos Romae Joannes Tiburs prae„ dicatoriae professionis ad aedem Chrysogoni & Servatoris, quos ego „ inspexi, mirifica & vetusta litera invenit, ut alios complures esse veri„ simile sit.

Magno autem suo labore magnam sibi apud Theologos comparauit invidiam, ut Erasmus, Vallae Annotationes editurus, necesse haberet, praefatione illas munire, & ad varias objectiones respondere: „ Num etiam, „ inquit, nostros errores ad Spiritum auctorem referemus? Esto bene „ verterint Interpretes: sed bene versa pervertuntur; Emendavit Hiero„ nymus: at rursus depravantur emendata. Nisi forte nunc aut minor „ audacia semidoctorum aut peritia linguarum major, aut non facillima „ depravatio propter artem chalcographicam, quae unicum mendum re„ pente in mille propagat exemplaria. At fas non est, inquiunt, in Sa„ cris Scripturis quicquam immutare, propterea quod illic ne apiculi qui„ dem mysterio vacant: imo tanto magis nefas est depravare, tantoque „ attentius corrigendum a doctis, quod per inscitiam est adulteratum, ea „ tamen cautione temperantiaque, quae quum omnibus libris, tum sacris „ inprimis debetur. Verum non recte, ajunt, sibi sumit Laurentius,

„ quod

„ quod Hieronymus mandante Damaso suscepit: ne propositum quidem
„ simile; Hieronymus veterem Editionem nova sustulit, Laurentius quod
„ annotavit in privatos Commentarios refert, neque postulat, ut hinc
„ quicquam in tuo Codice demutes. Quanquam ipsa nostrorum exem-
„ plarium varietas satis arguit, ea non carere mendis. Porro ut veterum
„ librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est, ita novorum
„ veritas Graeci sermonis normam desiderat, auctore Augustino, cujus
„ verba referuntur in Decretis Dist. IX. *

Ao. 1514. prodiit Editio Complutensis, non Graeci tantum Textus verum etiam Latinae Versionis ad veteres Codices emendatae; id jactant Editores prologo ad Leonem X. „ Qua in re id aperte Beatitudini
„ tuae testari possumus, Pater Sanctissime, maximam laboris nostri par-
„ tem in eo potissimum fuisse versatam, ut & virorum in linguarum co-
„ gnitione eminentissimorum opera uteremur, & castigatissima omni ex
„ parte vetustissimaque exemplaria pro Archetypis haberemus: quo-
„ rum quidem tam Hebraicorum, quam Graecorum ac Latinorum
„ multiplicem copiam variis ex locis non sine summo labore conquisivi-
„ mus.

Et ad Lectorem: , Latinam B. Hieronymi translationem contulimus
, cum quamplurimis exemplaribus venerandae vetustatis, sed his maxime,
, quae in publica Complutensis nostrae universitatis Bibliotheca recon-
, duntur, quae supra octingentesimum abhinc annum literis Gothicis
, conscripta ea sunt sinceritate, ut nec apicis lapsus possit in eis depre-
, hendi. *

Paulo post Martinus Dorpius oratione Lovanii habita, & Basileae A°. 1520. typis edita, judicium suum de emendanda versione Latina interposuit, ubi subscripsit his verbis ex Petro de Alliaco Cardinali Cameracensi prolatis: , Propter exempla corruptionis, quae in Biblia inveniuntur, &
, alia multa hujusmodi, expediret exemplaria Sacri Canonis examinari
, diligenter & corrigi. Ad quam Correctionem non sunt omnes indiffe-
, renter admittendi, sed solum Theologi multum in Grammatica & lin-
, guis Hebraica & Graeca eruditi'. Subjungit Dorpius: „proinde confe-
„ rendae sunt variae translationes, primaria lingua inspicienda est, riman-
„ dum quid veteres legerint, quid quadret & quid discrepet, & ita tan-
„ dem cunctanter pronunciandum. Nam Augustinus cum tot essent in-
„ terpretationes, non est ausus unam quampiam affirmare omni ex parte
„ integram, etsi Italam ceteris praetulerit. Mirum vero est, virum ocu-
„ latissimum non vidisse, quod videlicet nos videmus, hanc Vulgatam
„ eam esse, contra quam nemini liceat hiscere, nam, ut diximus, jam inde
„ a seculo Augustini extitit. Caeterum quod a multis affertur, hanc es-
„ se a Synodo comprobatam, accedam sane, si vel una proferatur Synodus,

„ quae ullam de hoc mentionem fecerit; denique ſi ullum exemplar pro-
„ feratur, quod fuerit comprobatum, nam quod fuiſſet illud? meumne
„ an tuum? hujus vel illius Eccleſiae? Comprobat Eccleſia Sacros Codi-
„ ces, ſed emendatos, ſed puros ac ſinceros; mendoſos vult caſtigari. *

A°. 1516. Eraſmus edidit Novum Teſtamentum omne Graeco-Latinum, , diligenter (ut titulus praefert) recognitum & emendatum,
, non ſolum ad Graecam Veritatem, verum etiam ad multorum utrius-
, que Linguae Codicum, eorumque veterum ſimul & emendatorum fi-
, dem, poſtremo ad probatiſſimorum auctorum citationem, emendatio-
, nem & interpretationem: praecipue Origenis, Chryſoſtomi, Cyrilli,
, Vulgarii, Hieronymi, Cypriani, Ambroſii, Hilarii, Auguſtini, una
, cum Annotationibus, quae Lectorem doceant, quid qua ratione muta-
, tum ſit. Quisquis igitur amas veram Theologiam lege, cognoſce, ac
, deinde judica. Neque ſtatim offendere, ſi quid mutatum offenderis,
, ſed expende, num in melius mutatum ſit. Nam (ut in ſecunda Editione
, addidit) morbus eſt, non judicium, damnare quod non inſpexeris'.

Praevidit Vir prudentiſſimus opus novum variis cenſuris expoſitum iri, unde non tantum privilegio ſe Caeſareo munivit, librumque Leoni X. Papae dedicavit, verum etiam Apologiam praemiſit; cujus (quoniam eadem quotidie fabula luditur) meliorem partem lubet hic in gratiam Lectoris deſcriptam exhibere.

D. Eraſmi Roterodami Apologia.

; Jam ut occurram Apologia reclamaturis, Paulus Apoſtolus, refe-
; rente Luca fortunatum ſeſe praedicat, quod apud Agrippam pro ſe
, cauſam dicturus eſſet, cui propter diutinam cum Judaeis conſuetudinem,
, res omnes, in quibus vertebatur quaeſtio, maxime cognitae compertaeque
, eſſent. Atque utinam eodem nomine mihi quoque gratulari poſſim,
, cui plane diverſum quiddam uſu venit atque Paulo. Nam ne opus eſt
, quidem nobis Apologia, niſi apud iſtos, qui totum hoc negotium, de
, quo controverſia eſt, non intelligunt, nec prorſum aliam ob cauſam ca-
, lumniantur, niſi quod non intelligant. Siquidem apud eos, qui Lati-
, nas, Graecas & Hebraicas literas vel ad mediocritatem deguſtarunt, qui
, ſerio in veſtigandis divinae Scripturae myſteriis, qui feliciter ac diligen-
, ter in vetuſtis illis, ac non minus veris quam vetuſtis Theologis verſati
, ſunt, nihil addubito, quin magnam initurus ſim gratiam, etiamſi quod
, conatus ſum parum aſſecutus fuero. Proinde mire fiet, ut quibus hac
, opera noſtra non magnopere eſt opus, quique ſoli damnare quaedam
, poſſent, quod ob bonarum peritiam literarum valeant judicare, ii non
, ſolum comprobent ſuo ſuffragio noſtram induſtriam, verum etiam gra-
, tiam

, tiam haud vulgarem habeant. Contra qui hisce de rebus nullo modo
, possunt ferre sententiam, & hoc magis egent hujus laboris subsidio,
, quo longius absunt a bonis literis, ii non solum non amplectuntur opus
, ipsorum paratum usui, verum etiam obstrepent, calumniabuntur, dam-
, nabunt, quorum alterum extremae cujusdam ingratitudinis esse vide-
, tur, alterum insignis impudentiae. Quid enim fingi potest impudentius,
, quam damnare librum, quem ne legeris quidem, tum ejusmodi, ut, si
, maxime legas, tamen absque linguarum peritia pronuntiare de eo non
, possis? Quid autem ingratius, quam pro tam immensis sudoribus vigi-
, liisque, quas tantum juvandi animo susceperis, & quibus nulla par gra-
, tia referri queat, rependi calumniam, idque potissimum ab iis, ad quos
, potissimum operis utilitas sit reditura? Quum ubique foeda est ingrati-
, tudo, tum in nullos aeque par est gratos esse atque in eos, qui dis-
, pendio rei pecuniariae, jactura voluptatum, nonnullo etiam va-
, letudinis ac vitae suae detrimento in hoc totis viribus incumbunt, ut
, ingenii sui monumentis orbi consulant. Verum haud scio, an usquam
, ingratius reperies mortalium ingenium, nec aliàs esse verius arbitror,
, quod non minus eleganter quam graviter dictum est a Seneca: *Tutius*
, *esse quosdam offendisse, quam demeruisse. Nihil aeque perit*, ait ille,
, *atque id quod confertur in ingratos.* At magis perit officium, mea
, quidem sententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officium;
, & minus gratiae redit ab iis, qui non cognoscunt meritum, quam qui
, non agnoscunt. Nam ii tametsi dissimulant, tamen apud se sunt obnoxii,
, nonnunquam pudore coguntur agnoscere. Denique spes est fore ut a-
, liquando resipiscant. Illi quod est beneficium injuriam interpretantur,
, & officio adjuti in jus vocant bene merentem. Theologorum inprimis
, est, non solum gratitudinem praestare, verum etiam candorem & man-
, suetudinem. Et Theologis potissimum hic meus desudavit labor, atque
, his Theologis, quibus aut non vacavit, aut non contigit, eas discere li-
, teras, sine quibus Divina Scriptura non potest ad plenum intelligi aut
, officiose tractari. Horum adjuvandis studiis nostrum impendimus stu-
, dium, ut quod illis sua fortuna negavit, id nostra suppeditaret industria.
, Et tamen si qui reclamaturi sunt, ex hoc grege prodituros auguror.
, Amplectuntur Medici, non aspernantur Jureconsulti, recipiunt Philoso-
, phi, si quid ad illorum professionem instaurandam conducit. Soli
, Theologi pertinaciter reclamamus, & ipsi nostris invidemus bonis. Sa-
, ne permolestum est pro benigne collato beneficio nullam recipere gra-
, tiam. Molestius ab iis, de quibus bene mereri studeas, calumniam proe-
, mii loco reportare, & a quibus tuo jure poteras exigere debitam grati-
, am, his actoribus injuriae causam dicere: Seneca summum liberalitatis
, genus esse putat, ac divinae beneficentiae proximum, si quis non tan-

, tum

, tum gratuito prosit, verum etiam sciens perdat beneficium. At mihi
, videor hoc quoque superaturus, si de his quoque pergam bene mereri,
, qui beneficium injuria retaliant. Et quemadmodum fidi medici, recla-
, mantibus etiam & conviciantibus aegrotis ,tamen pergunt subvenire, ita
, nos hoc quoque velut auctario beneficium nostrum cumulabimus, ut be-
, neficium, quod accipiunt, intelligant. Primum igitur etiam atque etiam
, adhortor omnes Theologos, ut quibus per aetatem aut occupationes
, vacat, Graecas degustent literas & item Hebraeas, si liceat. In ipsis ar-
, canae Scripturae fontibus diligenter philosophentur, veteres Theolo-
, gos, quos & eruditio commendat, & vitae sanctimonia, jugiter evol-
, vant. Deinde nostra, si volent, conferant & expendant, atque ita demum
, probent, si quid recte monuimus; emendent amice, si quid ut homines
, aberravimus a vero , & minus assecuti sumus, quod sedulo sumus secu-
, ti. Quod si impetro, causam vici, pro accusatoribus habiturus patro-
, nos. Caeterum a quibus hoc non impetro, saltem illud mihi vel preca-
, rio donent, ut credant, me simplici pioque juvandi studio, quicquid hoc
, laboris est, suscepisse. Quod si parum alicubi successit, error est non sce-
, lus, & corrigi mereor, incessi non mereor. Nihil enim magis agnosco,
, quam me nihil scire. Profiteantur alii quantumlibet ingentia: ego pro
, mea tenuitate nihil profitens, praesto tamen quod licet, paratissimus
, ad palinodiam, sicubi more hominum lapsus sim, ipse quoque mihi cen-
, sor futurus, simulatque deprehendero. Caeterum Divus Hieronymus
, non fert reprehensorem, qui damnare possit, docere non possit. Quo-
, rum illud tyrannicum est, hoc amicum & eruditum.

, Jam vero si qui verentur, ne Sacrarum Literarum auctoritas vocetur
, in dubium, si quid usquam variaverit: hi sciant oportet, jam annos plus
, mille neque Latinorum neque Graecorum exemplaria per omnia con-
, sensisse. Id quod ne fieri quidem possit, nimirum in tanta librariorum
, non solum turba, sed inscitia, oscitantia, temeritate. Ut ne comme-
, morem, quam multa mutata sint ab eruditulis, aut certe a parum atten-
, tis. Comperio quaedam erasa aut inducta a factionibus , quarum tu-
, multu quondam sursum ac deorsum miscebantur omnia, praesertim O-
, rientis Ecclesiae, dum quisque pro suarum partium patrocinio Scriptu-
, ram variat. Id certe factum non obscure compluribus in locis declarat
, Hieronymus. Quid autem accidit Religioni Christianae, quod tot jam
, seculis aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud
, Ambrosius, aliud Augustinus? apud hos alicubi non modo diversa com-
, peries, sed & pugnantia, cum in summa Christianae fidei consentiant.
, Quid facias, postquam nec ipsa horum temporum editio per omnia sibi
, consentit? qua de re si quis dubitet, huic fidem fecerint codices typis
, etiam excusi, cum annotamentis marginalibus, & ,,si id parum est, ex
Com-

Commentariis Bedae, Rabani, Thomae, ex Commentariis Lyrani, ex Commentariis Hugonis Carenſis intelliget. Origenes jam tum querebatur inexplicabilem in Euangelicis libris varietatem. Et publicitus aliud legit Graecia, aliud Occidentis Eccleſia. Et circa aetatem Hieronymi quaedam Eccleſiae ſequebantur interpretationem Septuaginta, quaedam novam amplectebantur ex Hebraeorum fontibus traditam. Atque etiam poſt hanc aetatem aliud legebant Gallicanae Eccleſiae aliud Romana. Denique ſi excutias vetuſtos Codices manu deſcriptos, quibus in publico cultu tunc utebantur, duos vix reperies inter ſe conſentientes. Certe conſtat Auguſtinum Codicibus uſum, qui non vacabant mendis. Et tamen tot jam ſeculis conſtitit ſua Scripturis auctoritas. Si Codicum varietas in totum fidem abrogat Scripturis, & apud Hebraeos & apud Graecos & apud Latinos variant. Quaeſo quid periculi conſecutum eſt, quod Sanctus Hieronymus Vetus & Novum Inſtrumentum mundo jam ſeneſcenti ad Hebraeam & Graecam veritatem inſtauravit? Reclamatum eſt tum a nonnullis, quibus ipſe ſuis libris abunde ſatisfacit, nec ob aliud opinor reclamatum, niſi quod neſcirent eas literas. At num hinc vel tantulum incommodi natum eſt Chriſtianae Religioni? Auguſtinus fatetur, ipſa Codicum diſcordia ſe non mediocriter adjutum fuiſſe, dum quod hic parum apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret, id quod vel fortuito fieri neceſſe eſt.

Proinde ſi nihil offendit niſi novitas, & illa jam vetus editio olim nova fuit, & haec nova ſi patiamur olim vetus fuerit. Nimis imperiti eſt hominis libros annorum aeſtimare numero, ac non potius ipſarum rerum judicio. Optarim & ipſe in Sacris literis nihil eſſe depravatum, nihil diſſidere. Atque id ut optare eſt in proclivi, ita nec fuit unquam, nec opinor futurum eſt unquam. Qui praedicant inviolabilem divinarum Scipturarum auctoritatem, his utroque favemus pollice. Qui has ſciens depravat, contumeliam facit Spiritui Sancto. Fatemur. Verum haec majeſtas in ipſis eſt fontibus. Non erravit Eſajas, neque quiſquam mutare nititur, quod ille ſcripſit. Non lapſus eſt Matthaeus, nemo corrigit, quod ille tradidit. Cum interpretibus, cum ſcribis, cum depravatoribus nobis res eſt. Quod ſi tota labaſcit auctoritas ob aliquot loca corrupta, oportuit Spiritum Sanctum non minus aſſidere Bibliographis, quam Prophetis & Euangeliſtis. Nusquam non adeſt Spiritus Sanctus, ſed ita vim exerit ſuam, ut nobis portionem laboris relinquat. — Is vero ſubſervit Spiritui Sancto, qui, quod per homines depravatum eſt, pro viribus priſtinae reſtituit integritati. Nunquam defuturi ſunt qui depravent, proinde nunquam ceſſandum eſt a ſtudio caſtigandi. Aliud eſt igitur Sacra Scriptura, aliud quod incommode verterunt Interpretes, aut Scribae corruperunt. Rurſus aliud eſt mutare publicam

, Lectionem, aliud privata publicam vel emendare vel illustrare. Atqui
, haec mire confundunt quidam, qui sibi videntur admodum Dialectici.
, — Jam quid attinet istos refellere, qui non minus indocte quam impu-
, denter solent vociferari, facinus esse non ferendum, ut quisquam cor-
, rigat Euangelia! O vocem vix auriga dignam, nedum Theologo! Fas
, est nebuloni cuivis Euangelii Codices depravare, & nefas erit quod de-
, pravatum est restituere? praesertim homini, ne quid dicam insolentius,
, in hoc genere literarum nec indiligenti nec inexercitato, idque tot
, Graecis ac Latinis voluminibus, tot clarissimis auctoribus in consilium
, adscitis?

Idem argumentum paulo ante Epistola ad Martinum Dorpium scripta ita tractavit, ut ipsum in sententiam suam pertraheret: , Jam vero quod
, tertio loco scribis de Novo Testamento, sane demiror, quid tibi acci-
, derit, aut quonam interim perspicacissimos ingenii tui oculos averteris.
, Nolis quicquam a me mutari, nisi si quid forte sit apud Graecos signifi-
, cantius; & negas in hac, qua vulgo utimur, Editione quicquam esse vitii.
, Nefas esse putas, rem tot seculorum consensu, tot Synodis approbatam,
, ullo pacto convellere. Obsecro te, si vera scribis, eruditissime Dorpi,
, cur frequenter aliter citat Hieronymus, aliter Augustinus, aliter Am-
, brosius, quam nos legimus? Cur Hieronymus multa reprehendit & cor-
, rigit, quae tamen in hac habentur Editione? quid facies, cum tam mul-
, ta consentiunt, hoc est, cum secus habent Graecorum Codices, cum
, ad horum exemplar citat Hieronymus, cum idem habent vetustissima
, Latina exemplaria, cum ipse sensus multo rectius quadrat? num his
, omnibus contemptis tuum sequeris Codicem, fortassis a scriba deprava-
, tum? Neque vero quisquam asseverat, in divinis Literis ullum esse men-
, dacium, quandoquidem & hoc adductum est abs te; at illud res ipsa
, clamitat, & vel coeco, quod ajunt, potest esse perspicuum, saepe vel
, ob imperitiam interpretis vel ob oscitantiam Graeca male reddita esse;
, saepe germanam ac veram lectionem ab indoctis librariis fuisse deprava-
, tam, id quod cotidie videmus accidere, aliquoties mutatam a semido-
, ctis parum attentis. Uter magis favet mendacio, qui haec corrigit ac
, restituit, an qui citius ferat addi mendam quam tolli? Quandoquidem
, ea depravatorum natura est, ut menda mendam gignat; Et sunt fere
, ejusmodi, quae mutamus, ut ad emphasin pertineant magis, quam ad
, sensum ipsum, quanquam saepenumero magna sensus pars est em-
, phasis.

, Porro quod scribis ab hac editione non esse recedendum, tot videli-
, cet Conciliis approbata: more vulgarium Theologorum facis, qui quic-
, quid ullo modo in publicum usum irrepsit, Ecclesiasticae tribuere solent
, autoritati. At mihi vel unam profer Synodum, in qua sit haec edi-
, tio

, tio comprobata. Sed esto comprobarit Synodus aliqua, num ita com-
, probavit, ut nihil omnino liceat ex Graecorum fontibus emendare?
, Num mendas etiam omnes comprobavit, quae variis modis potuerunt
, irrepere? num hujusmodi verbis conceptum fuit decretum a Patribus:
, Haec editio cujus sit autoris nescimus; sed tamen eam approbamus;
, nec obstare volumus, si quid secus habent Graeci Codices, quantumvis
, emendati: si quid secus legit Chrysostomus, aut Basilius, aut Athana-
, sius, aut Hieronymus, etiamsi illud magis quadraverit ad sensum Euan-
, gelicum: & tamen hos ipsos autores magnopere comprobamus; Quin
, etiam quicquid in posterum quocunque modo vel a semidoctis & au-
, daculis, vel ab imperitis, ebriis, oscitantibus librariis fuerit vitiatum,
, depravatum, additum, omissum, eadem probamus autoritate, neque
, cuiquam volumus licere mutare scripturam semel inductam. Ridicu-
, lum decretum inquis. At hujusmodi necesse est fuisse, si nos autori-
, tate Synodi deterres ab hac industria.

, Postremo quid dicturi sumus, ubi viderimus nec hujus Editionis exem-
, plaria consentire? num & hanc pugnantiam approbavit Synodus, prae-
, scia videlicet, quid quisque mutaturus esset? Atque utinam, mi Dorpi,
, tantum esset otii Romanis Pontificibus, ut hisce de rebus salutares ede-
, rent Constitutiones, quibus caveretur de restituendis bonorum auto-
, rum monumentis, de parandis & reponendis emendatis exemplaribus.
, Verum in eo consilio sedere nolim istos falsissimo nomine Theologos,
, qui huc tantum spectant, ut quod ipsi didicerunt, id solum habeatur in
, pretio; quid autem isti didicerunt, quod non sit ineptissimum & idem
, confusissimum? Quibus si contingat tyrannis, futurum est, ut antiqua-
, tis optimis autoribus, insulsissimas istorum naenias pro oraculis habere
, cogatur mundus, quae usque adeo nihil habent bonae eruditionis, ut
, ego sane malim vel mediocris esse cerdo, quam istius generis optimus,
, si nihil melioris accesserit doctrinae. Isti sunt qui nolint quicquam re-
, stitui, ne quicquam ignorasse videantur. Hi nobis fictam Synodorum
, autoritatem objiciunt; hi magnum Christianae fidei discrimen exagge-
, rant: hi periculum Ecclesiae, quam isti scilicet humeris suppositis ful-
, ciunt, rectius plaustrum fulturi; & hujusmodi fumos spargunt apud vul-
, gus indoctum ac superstitiosum: apud quod cum pro Theologis habe-
, antur, nolint ullam opinionis suae jacturam facere. Verentur, ne, cum
, perperam divinas citant literas, id quod saepenumero faciunt, Graecae
, aut Hebraicae veritatis autoritas in os jaciatur, & mox appareat esse
, somnium, quod velut oraculum adducebatur. Divus Augustinus, vir
, tantus adhaec Episcopus, non gravatur vel ab anniculo Episcopo di-
, scere. Isti tales malunt omnia sursum ac deorsum miscere, quam com-
, mittere, ut quicquam videantur ignorare, quod ad absolutam pertineat

, eruditionem. Quanquam nihil hic video, quod magnopere pertineat
, ad fidei Christianae sinceritatem: quod si maxime pertineret, hoc ma-
, gis certe esset elaborandum. Neque vero periculum est, ne protinus
, omnia desciscant a Christo, si fors auditum fuerit, repertum esse in Sa-
, cris libris, quod vel Scriba depravarit indoctus aut dormitans, vel Inter-
, pres, nescio quis, parum apte vertit. Aliis ex rebus hoc periculum est,
, quas hoc loco prudens subticeo. Quanto Christianius fuerit, semotis
, contentionibus, quod quisque possit, in communem usum libenter
, conferre, idque candide amplecti, simulque & citra fastum discere, quod
, nescias, & citra invidiam docere, quod scias. Quod si qui sunt illitera-
, tiores, quam ut quicquam recte docere possint, elatiores quam ut quic-
, quam discere velint, hos, quoniam pauculi sunt, valere sinamus, & bo-
, narum aut certe bonae spei mentium potius habeamus rationem.——
, Placabis homines, quoad fieri potest, & persuadebis, me, quod facio, non
, in eorum facere contumeliam, qui hasce literas nesciunt, sed in publi-
, cam omnium utilitatem, quae nemini non patebit, si velit uti, nemi-
, nem urgebit, si malit carere: tum eo esse animo, ut, si quis exoriatur,
, qui rectiora docere possit aut velit, ipse primus futurus sim, qui nostra
, rescindam & abrogem, & illius subscribam sententiae. Antverpiae
, 1515.

De eodem negotio egit Epistola ad Henricum Bovillum: , Fas esse
, negant, inquit, tentare quicquam ejusmodi, nisi ex autoritate Concilii
, generalis. At isthoc quid iniquius? Ipsi quotidie depravant Sacros Co-
, dices, sola inscitia ac temeritate in consilium adhibita; nobis non lice-
, bit ex veterum sententia restituere, quod corruptum est, nisi totius or-
, bis Christiani convocato Concilio? adeo pejorem volunt esse conditio-
, nem mendum submoventis, quam invehentis, bene merentis sua indu-
, stria, quam male merentis sua incogitantia. Verum illud mihi responde-
, ant velim, haec ipsa quae illis tantopere placet editio, utrum ab inter-
, prete suscepta fuerit ex autoritate Concilii generalis, an prius edita, ac
, deinde judicio patrum comprobata? Prius scriptam opinor, postea com-
, probatam: Atqui idem potest in hac mea evenire, quod ipse tamen nec
, ambio nec postulo. Tametsi ne id quidem concesserim. Mihi magis
, videtur usu irrepsisse, ac paulatim progressu temporis collegisse robur.
, Alioqui si publico Concilii judicio fuisset approbata traditaque, omnes
, ea communiter usi fuissent. Nunc aliud citat Ambrosius, aliud Augu-
, stinus, aliud Hilarius, aliud Hieronymus. Imo nec hujus aetatis exem-
, plaria consentiunt. Quod si protinus actum putant de Religione Chri-
, stiana, si quid usquam variet, etiamsi nos dormissemus, jam illi pericu-
, lo eramus obnoxii.— Postremo quamobrem magis trepidamus, si
, quid secus lectum fuerit in divinis libris, quam si quid secus enarratum?

, Cer-

, Certe utrobique par discrimen. Atqui videmus interpretes non modo
, diversa, verum etiam pugnantia dicere saepenumero. Quin & illud di-
, lemma si possint explicent; utrum permittunt aliquid novari in Sacris
, libris, an omnino nihil? si quicquam permittunt, cur non excutiunt
, potius, recte mutatum sit nec ne? sin minus, quid facient illis locis, in
, quibus mendum inesse manifestius est, quam ut negari dissimularive pos-
, sit? an hic Sacrificum illum malunt imitari, qui suum *mumpsimus*, quo
, fuerat viginti usus annos, mutare noluit, admonitus a quopiam *sum-*
, *psimus* esse legendum. Vociferantur καὶ σχετλιάζουσιν: O Coelum, o terra!
, Corrigit hic Euangelia. At quanto justius exclamandum erat in Cor-
, ruptorem: O Sacrilegum! depravat hic Euangelia. Neque enim nos
, novam prodimus Editionem, sed veterem pro virili restituimus, at ita
, ut hanc novam non labefactemus. Qui pro hac nova tanquam pro aris
, ac focis dimicant, nihil illis perit, aliquid de lucro accessit. Hanc
, quam adamant, emendatius legent posthac, & rectius intelligent. Quid
, si libros divinos omneis Paraphrasi explanassem, quo possent incolumi
, sententia & legi inoffensius, & percipi facilius, num isti dicam mihi
, scriberent? Laudem etiam promeruit Juvencus, qui Euangelicam Hi-
, storiam ausus est versibus includere. Canuntur in templis quotidie jux-
, ta veterem Editionem Psalmi: Et tamen extat divi Hieronymi reco-
, gnitio, extat ejusdem juxta veritatem Hebraicam interpretatio. Illa
, leguntur in Choris: haec in Scholis aut Domi. Neutra alteris officiunt.
, Atque adeo nuper Felix Pratensis Psalterii totius novam edidit inter-
, pretationem, ab omnibus superioribus admodum dissidentem. Quis
, huic unquam movit tragoedias? Jacobus Faber Stapulensis, amicus no-
, ster, dudum id fecit in Paulum, quod ego in totum Novum Instrumen-
, tum. Cur hic demum tanquam ad rem novam commoventur quidam?
, An aliis omnibus istud licere volunt, mihi uni non volunt? Atqui Sta-
, pulensis non paulo plus ausus est, quam ego. Ille suam interpretatio-
, nem veteri opposuit, idque in Academiarum omnium regina Lutetia:
, ego recognitionem modo professus, locos aliquot aut corrigo aut expli-
, co. Nec hoc dixerim, quod Fabrum in communem invidiam vocem,
, nam vir ille jam pridem gloria superavit invidiam; sed ut palam faciam,
, quam inique faciant quidam, qui quod jam diu est a multis factitatum,
, citra calumniam, in me velut subitum ac novum calumniantur. &c.
, Roffae prid. Cal. Sept. 1516.

Item ad Martinum Lypsium: , Quod si noster censor, inquit, nihil
, omnino vult edi, quod dissonet a vulgata Lectione, non erit fas No-
, vum Testamentum Graece, ut a Graecis legitur, edere, nisi prius ad
, hanc editionem castigatum, ne quis forte deprehendat Lectionis disso-
, nantiam. Quis autem adeo demens sit, ut isthuc dicat? Jam vero abo-

 lenda

, lenda est Divi Ambrosii vel translatio vel Lectio in Epistolis Pauli, quae
, plurimum ab hac nostra dissonat. Abolenda & Hieronymi, quae non
, paucis locis ab hac dissentit. Denique nostrorum Codicum plerique
, sunt abolendi, quod inter se fere dissentiant. Et vide, quam ab isto
, dissentiat Augustinus, quem is sibi videtur solus legisse. Nam ille testa-
, tur, se adjutum etiam exemplariorum varietate, dum quod alius obscu-
, rius vertit, alius transtulit explanatius, ut non omnia possumus omnes.
, Hic actum putat de fide Sacrorum Voluminum, si varia Lectio profe-
, ratur. Et mavult vel manifestarias mendas in libris Sacris relinqui,
, quam offendi duos aut treis ineptos ac morosos seniculos. At nihil de-
, terruit ab hoc studio divum Hieronymum, quod ob voculam nescio
, quam mutatam in Propheta Jona totus ferme populus desciverit a suo
, Episcopo, ridetque cucurbitarios illos Deos, quos tantula res commo-
, verit; etiamsi Augustinus hanc fabulam ceu seriam scripserit Hierony-
, mo. Age vel illud mihi respondeat severus iste monitor, utrum optan-
, dum est Ecclesiae Dei, ut sacrae Scripturae libros habeat quam emenda-
, tissimos an non? Si fatetur optandum, respondeat an fateatur quotidie
, varias mendas in eos invehi, vel inscitia castigatorum, vel negligentia
, Scribarum? Quod si non potest inficiari, cur non amplectitur hoc meum
, studium, quod omnium maxime ad eam rem conducit, sive ut emen-
, dentur depravata, sive ne depraventur quae recta sunt? Quandoquidem
, negari non potest, esse quaedam in nostris, imo in omnibus fere depra-
, vata Codicibus.
, 46. Negat Ecclesiam errare posse. Continuone errat Ecclesia, si tuus
, Codex depravatus est? et tamen quaedam accedere possunt Ecclesiae,
, quae antehac nescierit; neque nos affirmamus in hac esse translatione
, quod fidem subvertat orthodoxam, esse tamen quod operae pretium sit
, admonuisse. 47. Scandalo es, inquit, orbi, dum novas recepta. Imo
, maximi & optimi quique mihi gratias agunt, & qui prius oblatrabant,
, opere lecto desinunt oblatrare, sed offendunt pauci superciliosi, qui
, nolunt quicquam videri nescisse. 48. Ut demus, inquit, inesse erro-
, res, non oportebat in vulgus proferre. Imo maxime in vulgus effe-
, rendum est, quod oportet ab omnibus sciri. 49. Non potest, inquit,
, privata persona non autorizata novam translationem cudere, veterem
, corrigere. Primum opinor & mihi licere, si quid in Sacris literis pro-
, feci, in medium afferre, posteaquam in Theologorum ordinem sum
, cooptatus. Deinde nec novam cudo, sed Graeca verto, & vetus edi-
, tio omnibus ut erat per me manet. Postremo ut nulla sim autoritate
, praeditus, cum indoctis liceat sacros libros corrumpere, mihi non lice-
, bit emendare nisi Synodo convocata? sed fingat me Episcopum aut Car-
, dinalem esse, quid hoc ad praesens negotium, quod non mitra aut ga-
, lero

,, lero sed linguarum peritia constat? 50. Quin & illud ridiculum, quod
, ait, per hanc translationem convictos Hieronymum Hus & Wiclef,
, cum alter exustus fuerit non revictus, alterius libri non nisi post mortem
, damnati: quod si maxime verum esset, non licebit igitur e Sacris libris,
, si quid erroris irrepserit, tollere? 51. Si quid erroris est, inquit, se-
, cundum Patrum antiqua testimonia fuerat emendandum. Atqui id quod
, monet maxime factum est a me: verum hoc illum fugit, quia librum
, non inspexit. 52. Lepra, inquit, Sacerdoti indicanda, cujus est judi-
, care. Recte, & ob id Leoni decimo misi opus, cujus hortatu susce-
, peram. Atque is per duos Cardinales studium meum comprobavit: cum
, illi visum fuerit, delegabit cui volet, ut nostri Codices ab eruditis e-
, mendentur. Eam provinciam mihi non sumo, licet ad id viam struxe-
, rim. 64. Post haec sic agit, quasi sentirem falsitatem, aut ineptiam in-
, esse Sacris literis, in quibus obscuritatem inesse fateor. Verum si quid
, in Codicibus falsi aut inepti, id non Apostolis, sed illius Sycophantae
, sodalibus asscribendum. Caeterum nihil ego muto, quod ad fidei fir-
, mitatem attinet. 65. Monet igitur, librum summo Pontifici mitten-
, dum fuisse, ut illius arbitrio premeretur aut ederetur. Ad istam ratio-
, nem omnes libri mittendi essent summo Pontifici, quod in omnibus es-
, se possit, quod aliquos queat offendere. Verum id nec Thomas fecit,
, nec Scotus, nec Augustinus, nec Hieronymus. Prius evulgarunt, com-
, probatio consecuta est non quaesita. Porro cum non convellam vete-
, rem Editionem, sed prodita recognitione faciam, ut illam & emenda-
, tiorem habere possimus, & rectius intelligere, qui suspicari potui fore
, similes isti Sycophantas, qui opere nulli non frugifero offenderentur? Si
, metuendum erat offendiculum, ab infirmis erat metuendum. Atqui ab
, his nullum est ortum offendiculum. Tantum unus aut alter hoc mali
, concitaverunt, qui inter perfectos habentur opere nondum edito passim
, inficientes simplicium animos, atque id damnantes, quod nondum erat
, cognitum; ac prius opus in invidiam vocantes, quam operis sentiretur
, utilitas. His igitur imputandum non mihi, si quis offensus est.
, 67. Quid est autem, quod iste vocat autorizare? sic probare, ut nihil insit
, erroris? Ad istam legem praeter Canonicas Scripturas nihil habemus
, autorizatum: nec hoc a Leone flagitavi. Tantum admoneo, judicium
, relinquens eruditis, si quid forte rectius invenerint.— A°. 1518. Nonis
, Maii.

Neque haec sufficere ratus, secundae Editioni N. T. sui, ut & sequentibus *Capita Argumentorum contra morosos quosdam ac indoctos* praefixit;
, Omnibus, inquit, omnium cavillationibus respondere, lector optime,
, praeterquam quod infiniti sit negotii, nec admodum ex hujus operis di-
, gnitate fore video, nec operae pretium ullum intelligo: propterea quod
, qui

, qui studium hoc nostrum suggillant ac traducunt, fere non legunt, aut , certe non intelligunt nostras Apologias. Et jam satis illis responsum est , duabus Apologiis, quas primae quoque Editioni, ceu clypeos, adver- , sus istorum tela praefiximus: praeterea in Epistola, qua Martino Dorpio , respondemus, postremo in Epistola ad insignem Theologum Henri- , cum Bovillum. Proinde hic Capita duntaxat Argumentorum annotabi- , mus lectori vel occupato vel crassiori.

, Primum illud testamur, & ubique testatum esse volumus, nos nus- , quam a judicio Ecclesiae Catholicae, vel unguem aut digitum latum , velle discedere: Quod si quid usquam ejusmodi deprehendatur, non da- , ta opera dictum sed elapsum, ut sumus homines, id jam nunc pro re- , cantato volumus haberi.

, Nec praeimus eruditorum judicio, nec publicarum Scholarum auto- , ritati praejudicamus. Manet incolume suum cuique judicium. An- , notationes scribimus, non leges: & expendenda proponimus, non pro- , tinus habenda pro compertis.

, Nos in sermone Apostolorum, quod crebro jam diximus, ne sylla- , bam quidem mutamus, imo sermonem illorum, vitio librariorum, aut , alioqui depravatum restituimus. Proinde ne quis clamet, hic corrigit , Euangelium, hic emendat precationem Dominicam; sed hic Codices , Euangeliorum a mendis repurgat; Nec magis objurgandus sum, quam , qui scopis everrit sordes e templo. Non enim quicquid in templo est, , continuo sanctum est.

, Neque quicquid receptum est in usum Ecclesiasticum, continuo re- , ceptum est judicio. Quaedam casu irrepunt, ad quae connivet Eccle- , sia, praesertim si non videantur ad fidei morumque periculum pertine- , re. Imo fieri potest, ut in hoc genere quaedam ad tempus ignoret Ec- , clesia.

, Non ideo vacillat autoritas Scripturae, si mendae tollantur e Codi- , cibus; imo potius vacillaret, si constet, nos uti depravatis exemplari- , bus; atque id sane negari non potest. Cui incommodo si nullus admo- , veret remedium, ut est rerum humanarum natura, semper in deterius , prolabi, tum vere confusis exemplaribus vacillaret Scripturarum autoritas.

, Optandum, ut nullum mendum insit Sacris libris, & id quoad fieri , potest enitendum est: verum id non contigit post annos mille trecen- , tos, nec fortassis unquam continget ad plenum. Bene nobiscum age- , tur, si quam minimum insit mendarum.

, Proinde ne nos quidem profitemur, omneis mendas a nobis sublatas, , plurimas certe sublatas audebimus profiteri: & nos rem eo deduxisse, , ut posthac Codicibus quam minime mendosis uti liceat, si quis hoc fi- , lum secutus emendare velit.

Scio

, Scio res sacras reverenter ac religiose tractandas. Et idcirco licet in
, infima functione versantes, tamen omni qua licuit circumspectione su-
, mus usi. Contulimus utriusque linguae vetustissimos Codices, nec eos
, sane paucos. Excussimus veterum ac recentiorum Commentarios, tum
, Graecos, tum Latinos. Observavimus quid diversi legant. Pensitavi-
, mus ipsius loci sententiam; atque ita demum pronuntiavimus, quid
, sentiremus: Imo ne pronuntiavimus quidem, sed lectorem admonuimus,
, suum cuique judicium liberum relinquentes.

, Thomas Lyrensis, & Carrensis, aliique his obscuriores, satis habent
, annotasse: alia litera sic habet; quod sic in Codice quopiam scriptum,
, aut fortasse depravatum offenderint, & videntur rem utilem praestare.
, Et nobis obstrepitur, qui tot argumentis, ac summorum virorum au-
, toritate veram Lectionem restituimus.

, Si varietas abrogat fidem libris, jam olim variabant Codices aetate
, Origenis, aetate Hieronymi, aetate Bedae, aetate Thomae, denique
, nostris etiam temporibus hodieque variant, & tamen adhuc sacris libris
, sua constat autoritas.

, Si loca quaedam depravata fidem elevant arcanis voluminibus, jam o-
, lim id usu venisset temporibus Origenis, qui Homilia in Matthaeum
, octava queritur hac de re his verbis: *Multam enim differentiam inter*
, *exemplaria reperimus, sive per negligentiam Scribentium, sive ex teme-*
, *ritate quorundam, sive propter eos, qui negligunt emendare Scriptu-*
, *ras, vel propter eos, qui quod ipsis videtur in emendationibus vel ad-*
, *jiciunt vel subducunt.* Audis Lector, jam tum variasse libros? audis
, fuisse depravatos? audis quaedam adjecta aut subtracta?

, Sed audio quosdam ita loqui; Rem amplectimur, sed offendiculum
, datur multitudini, si senserit, in libris, quos hactenus secuti sumus, in-
, esse quicquam vel vitiatum, vel non intellectum. Primum non ista
, scribuntur multitudini, sed eruditis, & praecipue Theologiae Candi-
, datis. Hos offendi non oportet. Neque nos correctionem appellamus
, laborem nostrum, sed annotationes. Neque cuiquam molesti sumus ali-
, ter citanti; aut veterem aut etiam depravatam Editionem sequenti. Ab
, ipsis potius nascitur offendiculum, qui in publicis concionibus, qui in
, compotationibus, qui in vehiculis ac navibus apud idiotas ac mulier-
, culas vociferantur esse qui sacros libros & precationem Dominicam
, emendet.

, Non vociferantur in eos, a quibus palam est sacros Codices vitiari
, quotidie, quum sint illiteratissimi, qui hoc audent. In me clamitant,
, hominem in hoc certe genere studii, quod a linguarum peritia pendet,
, nec omnino indoctum, opinor, nec inexercitatum. Illis temere licet
, pro suo arbitratu depravare, mihi non licebit ex fide veterum Codicum

, ex probatissimorum Interpretum autoritate restituere?

, In illis non requirunt autoritatem, satis est illitum esse chartis, in me , requirunt pene miracula. Cur, inquiunt, credamus Erasmo? Imo si , Erasmo diffidunt, fidant Theologo; Nam si mihi tradita est autoritas , interpretandi sacras literas, mirantur si ausim de lectione quicquam , hiscere.

, Quanquam non postulo, ut mihi credant. Credant vetustis & emen- , datis Exemplaribus, credant Graecae veritati, praesertim ubi horum , Lectio cum Orthodoxorum interpretatione congruit. Postremo nec , his credant, sed rem secum expendant, non mordeant admonitorem. , A nobis enim nulli praeclusa est via meliora quaerendi, imo potius a- , perta est.

, Nihil, inquiunt, tentandum absque Synodi autoritate. Quid magis , ridiculum dici possit? Ut mihi liceat admonere, quid vel a Scriba vi- , deatur corruptum vel ab Interprete melius reddi potuerit, praesertim , ex veterum sententia, tota Synodus erit convocanda? Quotidie novi , scribuntur Commentarii in sacras literas, proponuntur oracula de re- , bus gravissimis, tot conduntur articuli, nec ulla Synodus requiritur.

, Si novitas offendit, nos vetera instauramus, & novitatem excludi- , mus. Nam posterior est editione depravatio: si qui sunt, qui non pos- , sunt mutare salivam, quam a pueris imbiberunt, manet istis sua vetus , editio, si volunt tum dilucidior tum emendatior: si nolunt eadem & , sui similis: Si glandes istos obstinate delectant, saltem ne invideant iis, , qui tritico vesci malunt.

, Utrum quaeso fas est, post veteres aliquid inquirere an non? Si fas non , est, cur ausi sunt Alexander ac Thomas, & post hos alii complures, , totam Theologiae faciem immutare? Si fas, cur nostris obstrepunt stu- , diis, praesertim cum & nullius judicio praescribant, & veterum auto- , ritate nitantur? Etenim si fas est inducere nova, multo magis fas est, , revocare vetera.

, Quidam hic nobis tradunt Lesbiam Regulam, ut id habeatur pro , recto, quod vulgo receptum est. Verum nunquam tam bene fuit actum , cum rebus humanis, ut quod optimum esset, a vulgo peteretur. Cer- , tissima regula est, linguarum, translationum, expositorum, exempla- , riorum inter ipsa Collatio, adhibito sobrio judicio exclusa conten- , tione.

, Jam quod a quibusdam studium hoc nostrum contemnitur, ut humile , ac puerile, qui circa syllabas ac voculas laborem, non ita valde me , movet. Ego magnum arbitror, quicquid ad rem Theologicam perti- , net. Et cum non ignorarem, quantum reverentiae sacris libris debea- , tur, mihi conscius sumpsi, quod in eo munere videretur infimum.

, Sit

„ Sit hoc grammaticum, sit puerile, sit triviale, modo fateantur esse „ necessarium. Ut nihil aliud doceam quam rectam Lectionem, nimirum „ turpe est hoc ipsum nescire magnos Theologos. Et tamen hoc manife„ stius est, quam ut negari possit: posteaquam hic lapsus deprehenditur „ Augustinus, lapsus Thomas, lapsus Lyrensis & Carrensis.

„ Scrupi sunt quamlibet minuti, sed ad hos impingunt freqenter οἱ τὸν „ ἥλιον ὑπερφρονοῦντες. Si juxta Chrysostomum & Augustinum articulus ὁ hoc „ est minutissimum elementum, additum aut omissum, sensum facit or„ thodoxum aut haereticum, si idem efficit hypostigme non suo posita „ loco, quid est, cur haec ut minuta negligamus; quae tantum habent „ momenti? Nonne ridentur μετέωροι, qui sublatis in coelum oculis, sic „ contemplantur astra, ut tibias impingant in saxum? Apelles non con„ temnebat rationem terendi miscendive colores, nec ductum simplicium „ linearum, quae in arte, qua praecelluit, infima sunt. Nec peritus Ar„ chitectus circa tectum & Colophonem occupatus, negligit in funda„ mentum comportare rudera. Haec qui nescit, Architectus non est; „ qui negligit, opus collapsurum erigit.

„ Quanquam haec minus negligenda videbuntur; si quis periculum fe„ cerit, quantis haec minuta constent sudoribus: Aut si quis aggrediatur „ tractare Scripturam divinam, & in ea sicut oportet rimari curiose sin„ gula. Usu sentitur utilitas non tumultuaria lectione. Postremo defi„ net contemnere, qui non unam aut alteram annotationem, sed univer„ sum opus expenderit. Tu mihi otiosus ac supinus hunc aut illum lo„ cum expendis, & videris tibi copiosius ac doctius tractare potuisse. „ Poteram & ipse, si decem modo fuissent excutiendi. In tot millibus „ hanc praestare diligentiam difficillimum est; mihi sane fuit, feliciori „ non invidebimus.

„ Nullus igitur reprehendat, si argumento suscepto respondeo. Mihi „ abunde satis est, si nullus ante me plus praestitit in hoc scripti genere. „ Quid alii possint aut praestituri sint, nescio; Certe optarim existere „ permultos, qui me prorsus obscurarent. Imo vel reprehendi gaudebo, „ si quis industria sua rem tam sacram, a nobis utcunque tentatam, ad„ juverit. Absit modo procacitas, quam foedam & indecoram sibi du„ cunt & Ethnici versantes in re literaria.

„ Meminerit is, qui reprehensionem parat, se quoque hominem esse, „ neque minus labi posse reprehendendo, quam potuerit autor operis „ scribendo. Quanquam longe plus veniae debetur ei, qui prodesse stu„ dens in ingenti opere dormitavit alicubi, non assecutus quod voluit, „ quam ei, qui in alieno libro cupiens ingeniosus videri, venatur quod „ carpat, & tamen hoc ipsum perperam facit: dumque falsos aliorum er„ rores exagitat, ipse suos veros prodit. Porro nullus est error foedior,

O 2 „ quam

, quam animus ſpirans invidiam, & vel rectiſſima carpendi libidinem.

, Sic oportet ad librum legendum accedere lectorem, ut ſolet ad Con-, vivium conviva civilis. Convivator annititur omnibus ſatisfacere: & , tamen ſi quid apponitur, quod hujus aut illius palato non reſpondeat, , urbane vel diſſimulant vel probant etiam, ne quid contriſtent conviva-, torem. Quis enim eum convivam ferat, qui tantum hoc nimo ve-, niat ad menſam, ut carpens quae apponuntur, nec veſcatur ipſe, nec , alios veſci ſinat?

, Et tamen his quoque reperias inciviliores, qui palam, qui ſine fine dam-, nent ac lacerent opus, quod nunquam legerint. Atque hoc ſane faci-, unt quidam, qui ſe Chriſtianae pietatis doctores profitentur, & religi-, onis antiſtites; cum ſit plus quam ſycophanticum, damnare quod ne-, ſcias.

, Nomen haereſeos quo gravius eſt, & inviſius Chriſtianis auribus, hoc , turpius eſt id temere cuiquam impingere. At iſti nihil magis habent in , promptu, nec dubitant haereſim inclamare, priusquam circumſpiciant, , qua de re loquantur. Et quemadmodum uno ſue grunniente grunni-, unt omnes, ita ad hujus aut illius clamorem omnes ejuſdem factionis , ſodales vociferantur haereſim. Ita valde Chriſtiani videri volunt, ſi in , Chriſtianum ſint fortiter contumelioſi. Idque quo poſſint impune, prin-, cipum tyrannidi favent.

, Porro quod obiter admonuimus quaedam, quae videntur diſſonare , cum his, quae publicitus recepta ſunt in Scholis, nec ſine cauſa feci-, mus, nec odioſe tamen. Fortaſſis expediret reipublicae Chriſtianae , plura convelli, quae nunc velut oracula publice docentur: cum priva-, tim fateantur, ſe diverſum ſentire.

, Ut igitur Cauſam omnem in pauca contraham, adverſus eos, qui to-, tum hoc inſtitutum damnant, docui pium eſſe ſemperque futurum, ſa-, cris Codicibus vel adimere mendas, vel aliquid lucis addere, & Spiri-, tui Sancto gratum eſſe, quicquid huc pro ſuo quisque modulo attule-, rit. Si quis animo meo calumniam ſtruit, nihil aliud poſſum, quam , Chriſtum teſtem facere, me nihil aliud ſpectaſſe, quam ipſius gloriam, , & Chriſtiani populi fructum. Si quis cauſatur periclitari Scripturarum , autoritatem, demonſtravi hac induſtria eam ſervari non deſtrui. Si , quis fingit tumultum ex novitate, nos publicam lectionem autoritate , privata non mutamus, imo ne id fiat toties admonemus: ſi quid tumul-, tus fuit, non iſtuc peperit novitas, ſed quorundam intempeſtivi clamo-, res apud imperitam multitudinem, qui ſi de vulgi fece eſſent, impin-, gi poterat, quod imprudenter anſam hanc praebuiſſem idiotis: nunc , quoniam id factum eſt a ſapientiae columinibus, accuſari non debeo, ſi , a talibus viris tale nihil oriturum ſuſpicatus ſum. Adverſus eos, qui re-

,qui-

, quirunt autoritatem publicam, docui nihil esse necesse, in opere pri-
, vatae lectioni parato. Satis est Ecclesiae judicio submissum esse quod
, profero. Si quis in me desiderat justam eruditionem, arbitror, me su-
, perasse, quotquot hactenus in hoc argumento versati sunt. Si curam:
, si quid defuit, posterioribus, ut habet proverbium, melioribus farci-
, mus. Si quis hoc quoque culpat, dicam, homo sum, & probatissimo-
, rum virorum sequor exemplum. Si quis me negat esse Theologum,
, Grammatici partes egi. Si Grammaticum aspernantur, non aspernatur
, Caesar tonsoris aut nomenclatoris officium. Si clamant, hoc non nisi a
, Theologo praestari potuisse, Theologus infimus infimam Theologiae
, functionem mihi sumpsi. Si Theologus non est, quo sit alius doctior,
, non habebit orbis nisi unum Theologum. Quanquam suae cuique do-
, tes sunt, si nullus adferet meliora, res ipsa loquetur, me non omnino
, lusisse operam. Si quis adferet, gemina mihi debebitur gratia, pri-
, mum quod extimularim exemplo, deinde quod juverim praestructa via.
, Si quis clamitat, haec esse leviora, quam ut operae pretium sit, Theo-
, logum huc flectere oculos, reclamant tot insignes lapsus magnorum ali-
, oqui Theologorum. Si quos pudet haec nescire, discant & abierit pu-
, dor; si pudet pigetve discere, venia dabitur pudori, dabitur & desi-
, diae, livori non dabitur, si junioribus haec discere cupientibus obstre-
, pant: si quem illud habet male, quod Theologos quosdam liberius at-
, tigi, ita tum mihi visa est exigere causa, quanquam hoc quoque mo-
, deratus sum posterioribus editionibus. Nullum ordinem usquam inces-
, so, in neminem strinxi calamum, nisi virulentissime lacessitus, semper
, tamen civilitate superior provocatore. Neque quisquam adhuc Theo-
, logus aut Monachus in me debacchatus est, etiamsi id fecere Rabbini
, nonnulli palliati complures. Sed obsecro per Christum, si pergemus
, ad istum modum nos vicissim dentibus impetere, quid superest, nisi ut
, mutuis morsibus tandem conficiamur? Quanto consultius fuerit, ut si
, quis quid in meis scriptis desiderat, aut moneat privatim, quo medear
, ipse, aut publice coarguat, sed argumentis non scurrilibus conviciis:
, ita nec inficietur lector amarulentiae veneno, & a me non vulgaris ini-
, bitur gratia. Seniores juniorum profectui comiter faveant, juniores
, contra senioribus ne insultent: ita majorum aequitas candorque, ac mi-
, norum modestia verecundiaque concordiam alet, tumultum excludet,
, invidiam minuet, professorum autoritatem non laedet, professionis digni-
, tatem tuebitur, utilitatem augebit. Agite quotquot vere Theologi, imo
, quotquot vere Christiani esse volumus, hoc consilium amplectamur,
, nec poenitebit obtemperasse. Ex hisce rabiosis contentionibus quid ex-
, spectari potest, nisi talis exitus, qualia jam dudum videmus prooemia?
, Haec opinor abunde satisfacient, qui sibi fieri satis ullo modo patietur.

, Caeterum qui sibi obturant aures, ne cognoscant, qui occludunt ocu-
, los, ne cernant, frustra canitur haec fabula. Proinde sit hactenus huic
, negotio datum satis.

Omnibus istis tamen argumentis prolatis non potuit Erasmus ita satisfacere adversariis suis, quin variis undique accusationibus petitus iterum ac saepius causam dicere cogeretur: contra Eduardum Leum p. 108.
, Quis autem, inquit, tam sit insanus, ut arbitratu suo mutet, quod est
, in arcanis voluminibus! Si nobis compertum esset, quid esset scriptum
, ab Apostolis & Euangelistis, impius profecto foret, qui vel apicem co-
, naretur immutare: nunc quum nec Graecorum Codices, nec Latini sa-
, tis inter se consentiant, quum cotidie depraventur a librariis, velimus
, nolimus, aliquid est immutandum nonnunquam. Neque consequitur,
, si quis ad hanc provinciam idoneus id tentet, continuo jus fore quibus-
, libet, etiam coriariis, id quod Leus ratiocinatur. Si nefas est mutare,
, quod legit Ecclesia, cur in utroque Testamento tam multa ausus est
, mutare Hieronymus? cur in Commentariis suis toties adfert vel ex He-
, braeorum libris vel ex Graecorum exemplaribus, quod ab hac Lectione,
, quam Leus Ecclesiasticam vocat, diversum est, & sic adfert, ut quod
, Graeci legunt, praeferat nostrae editioni? Id si cui dubium est, legat
, hujus enarrationem in Psalmos, in Prophetas, & in Epistolam ad E-
, phesios. His me tueri poteram, etiamsi quid mutassem, & sciens mu-
, tassem ex lectione recepta. Si nemo depravasset sacros libros, otiosus
, esset castigator, imo etiam impius esset. Si quis audebit dicere in Co-
, dicibus, quibus nunc utitur Ecclesia, nihil esse diminutum, nihil addi-
, tum, nihil depravatum, nihil male redditum, patiar rejici quantumvis
, eruditum castigatorem: sin res adeo manifesta est, ut negari non possit,
, non tollo quod legit usus Ecclesiasticus, certe liceat admonere stu-
, diosos.

, Jam quod ratiocinatur, si quicquam mutetur, ingens imminere peri-
, culum, ac brevi vacillaturam autoritatem Scripturae divinae, non mi-
, hi persuadeo Leum esse tam stupidum, ut haec scribat ex animi sui sen-
, tentia. Suspicor illum hanc canere cantionem, vel in odium mei, vel
, in gratiam quorundam, & unius praecipue, de quo vel absque cribro
, facile divinabis lector. Quid fiet Graecis, qui ex Euangelico codice
, pronunciant sacras lectiones, & ea gratia nonnunquam addunt e superi-
, oribus repetitum nomen *Jesu*, aut vice pronominis ejus, ponunt no-
, men ipsum? Quid nobis, quum in templo solemniter addimus; *In illo*
, *tempore dixit Jesus discipulis suis*, quod aliquoties non habetur in Eu-
, angeliis eo loco? Quid fiet divo Lucae, qui precationis dominicae
, partem omisit? quid interpreti Latino, qui coronidem, quae habetur
, in Graecis libris omisit, non approbante Leo? Sed ne jocari videamur

, in

, in re seria, aetate Origenis variabant Graecorum exemplaria, tempo-
, ribus Ambrosii & Augustini variabant exemplaria, variant & hodie non
, paucis in locis, nec vacillat tamen autoritas divinae Scripturae.

, Spiritus, inquit, Sanctus autor est divinae Scripturae, atque is non
, est autor dissensionis ac mendacii. Non est igitur a Spiritu quod va-
, riat, & quod cum illo non consentit, adversatur; proinde velut inimi-
, cum Spiritui Sancto rejiciendum. Hoc Syllogismo labefactat Leus au-
, toritatem omnium sacrorum voluminum. Si quicquid variat rejicien-
, dum, & variant alicubi Hebraeorum tum Graecorum tum Latinorum
, Sacri Codices, nihil igitur non rejiciendum. Ostendat nobis suo digito
, Leus, quae sit illa lectio, quam dictavit Spiritus Sanctus, & hanc unam
, amplexi, quicquid ab hac variat, rejiciemus. Quod si ille non potest,
, ex collatione linguarum & exemplariorum, ex lectione, ex interpre-
, tatione celebrium autorum nobiscum scrutetur, quae lectio sit maxime
, probabilis.

, Et p. 208. Ejusdem est farinae quod sequitur: Tu dum utrumque
, ex altero restituis, utrumque facis incertum, atque eo incertius, quo
, non omnes scio subscribent tuo judicio. Si ideo utrumque incertum
, est, quoniam neutrum omnino vacat mendis, nullus omnino liber non
, erit incertus, quum nullus omnino vacet mendis. At qui fiat, ut om-
, nes meo subscribant judicio, quum ipse clamem, nolle quenquam fide-
, re meo judicio? Hoc autoritatis servatum est Leo, qui nusquam non
, videt verum, qui nusquam hallucinatur.

, Sed audi virus Leicum: Ex innovatis, inquit, Codicibus, quid peri-
, culi sit, nihil dico in praesentia, sed nimis quam timeo, ne periculum
, ex ipso periculo discamus. Ita quidem Leus. Ego contra puto totum
, periculum esse metuendum a furiosis capitibus quorundam rabularum,
, qui turbari malunt totam remp. Christianam, quam committere, ut
, ipsi non habeantur in aliquo pretio. Ex meo studio quid periculi sit
, nescio; certe summi viri doctrina absoluti, vitaeque sanctimonia prae-
, diti, ad haec dignitate praecellentes, ingenue fatentur se ex meis lucu-
, brationibus permulta didicisse, quae prius non animadverterant. Pluri-
, mi fatentur sese ad studium divinarum literarum incitatos fuisse; atque
, horum quidam his dotibus praediti sunt, ut Leum vix dignum existi-
, mem, qui culinam eorum curet. Non quod Leum usque adeo con-
, temnam, sed quod illi tantum excellant eximiis dotibus.

, Sed audi virus etiam virulentius: Antiqua, inquit, Lectio etiamsi
, non satis ubique Graeco respondens nullam nobis peperit haeresim, ni-
, hil fovit schismatis, nullam haereticis ansam praebuit ad calumniam
, semper exhibuit sensum Catholicum, id sedulo agentibus interpretibus,
, ut sensus quadraret fidei, etiamsi Graecae non respondeat Lectioni. Non
, opi-

, opinor Leum tam ſtupidum, quin intelligat, doctis haec viſum iri prorſus ſine mente dicta, quum ſint odioſiſſime dicta. Sed fretus quorundam ſtultitia, veſanoque in bonas literas odio, auſus eſt hujusmodi ſcribere. Atque in his fluit illi, ſi ſuperis placet, oratio. Dicas ad maledicentiam eſſe factum. Sed quid hoc eſt, quod ait Leus? An antequam prodiret Novum Teſtamentum a me recognitum, nullae extiterant haereſes, nulla ſchismata? Et unde hauſit ſuum errorem Pelagius? Unde ſuam blasphemiam Julianus Auguſtus? Unde Bohemi? Unde Joannes Vuiiclef, cumque his innumerabiles alii? Hi certe Graece neſciunt, nec aliam norunt interpretationem, quam veterem. Sed unde extiterunt Graecorum haereſes? an ex lectionis varietate? nequaquam, ſed ex diverſa interpretatione. Atqui nihil vetat interpretationem eſſe diverſam, quum eadem ſit lectio. Nos quod ſaepius iterandum eſt, Lectionem Eccleſiaſticam non convellimus. Jam oſtendat Leus unum locum, ex his quae nos annotavimus diſcrepare a noſtra Lectione, unde nata ſit haereſis, unde natum ſit ſchisma, unde praebita ſit haereticis anſa calumniandi fidem catholicam. Fingat me Leus alicubi miſcere ſcholiis meis, quod diſſonat a vero, an ideo incuſanda eſt varia lectio, ſi ego labor alicubi? Hieronymus alicubi errat in his, quae ſunt fidei catholicae. An hoc imputandum eſt ab illo variatae lectioni? Quas autem haereſes, quae ſchismata mihi narrat Leus? An Capnionem taxat his verbis? Atqui eum alias, ni fallor, appellat parentem omnis virtutis? An Lutherum? quin in hunc igitur ſtringit eloquentiae ſuae mucronem? An lapſus ſit alicubi Lutherus nec eſt Lei nec eſt meum pronunciare. Vir is mihi videtur magnis dotibus praeditus, utinam utatur his ad Chriſti gloriam. Et tamen ſi quid errat, non hauſit hoc ex varia lectione. An Fabrum notat? Illius viri tanta eſt apud omnes reverentia, vel ob caniciem vel ob vitae ſanctimoniam, ob tot vigilias in publicam utilitatem deſudatas, ut nullus adhuc illi impegerit haereſim. Supereſt igitur Eraſmus, in quem iſta jaci videantur. Verum quum toto hoc libro ſummis viribus Leus ſit annixus, ut omnia verteret in haereſim, etiam quae ſunt optime dicta, tamen nihil adhuc ſucceſſit, imo dum me conatur haeretici dogmatis autorem facere, ipſe qualem ſe declararit, non proloquar, tacitus apud ſe lector intelligit quid velim. An ſchisma putat eſſe Leus, quod quum tot egregii proceres Eccleſiae magnis ſtudiis complectantur laborem meum, quem exhauſi in Novo Teſtamento reſtituendo, pauci quidam rabulae commoti ſint? vel quod nolint videri quicquam neſcire, vel quod ob ſtoliditatem animi putent eſſe haereticum, quicquid ipſi neſciunt, vel quod ob odium erga bonas literas autoris odio damnent etiam quae recta ſunt. Si quid hic eſt tumultus, his imputetur, qui ſeditioſe vociferantur, apud populum in-

, doctum,

„ doctum, esse qui corrigat *Pater noster*, qui corrigat *Magnificat*, qui „ corrigat Euangelium Sancti Joannis, qui subvertat autoritatem sacrae „ Scripturae; qui haereses & Antichristos miscent ubique cum negotio „ bonarum literarum, qui haec decantant in conviviis, in plaustris, in navibus, in conciliabulis, qui haec insusurrant in secretis confessionibus, „ blaterantes adeo stolida, ut rideantur etiam ab idiotis & mulierculis „ paulo cordatioribus. Isti quod quidem in ipsis est, concitant schismata. „ Qui tales scribunt libellos, qualis hic est Lei, seditionum autores sunt, „ non ego, qui quod possum communico, judicium Ecclesiae deferens.

Denique adversus Petrum Sutorem p. 641. „ Si fuerit, inquit, auditum, in sacris libris esse aliquid vitii, semel corruit autoritas totius „ Scripturae divinae, Pontificum, Orthodoxorum, Conciliorum, Theologorum: breviter totius Ecclesiae. Haec quo vehementius exaggerat „ Sutor, hoc in majus periculum vocat Ecclesiam, quum negari non possit in hac versione esse quaedam oscitanter reddita, quaedam relicta, „ quae Hieronymus negat esse germanae lectionis, quaedam publicitus „ cani legique in templis palam depravata, quemadmodum abunde declaravimus. Proinde dum ista sedulo debacchatur Sutor, pugnat adversus autoritatem Scripturae & totius Ecclesiae. Veluti si quis asseveraret regem non esse regem, cui quicquam inesset naevi in cute, „ quum constaret regium corpus non vacare naevo, is non tueretur regiam dignitatem, sed eam in periculum vocaret. Etiamsi naevi, de „ quibus nos agimus, magis sint in veste Scripturae divinae quam in corpore. Si Sutor id praestare posset, quod affirmat, recte consuleret, „ quum nobis tum Scripturae sacrae. Nunc suo stulto patrocinio gravat „ Scripturam arcanam, & in angustias detrudit, unde non potest eam eruere. Porro quoties nobis res est cum haereticis aut allophylis, non „ multum est controversiae de lectione, quae fere convenit, aut si quid „ discrepat, non multum facit ad victoriam, qualis dissonantia comperitur & negligitur in diplomatis Pontificum de rebus etiam arduis, caeterum de sensu tota est digladiatio. Quam ingens vero inter enarratores „ varietas!

„ Quod si ob quamvis levem varietatem vacillat tota Ecclesia, quomodo tot annis constitit, quum & Latinorum & Graecorum Ecclesia sequeretur Septuaginta translationem a primo statim Scriba vitiatam? Quomodo deinde constitit, quum hodie quoque varient Latini Codices, & „ ab aetate Hieronymi variasse declarent interpretes, subinde citantes diversam lectionem, nonnunquam ejusdem loci triplicem aut quadruplicem?

„ An ita demum constabit autoritas Scripturae divinae, si fortiter negemus in libris esse quicquam varium aut mendosum? Quid profuerit, si

, res ipsa mox redarguat nostram asseverationem? Quod si prodere va-
, rietatem aut depravationem est subvertere Ecclesiam; faciunt hoc om-
, nes interpretes usque ad Hugonem Cardinalem. Fecit hoc jam pridem
, Laurentius Valla, nec vacillavit Ecclesia; Faciunt hoc Commentarii ve-
, terum, Cyrilli, Chrysostomi, Theophylacti, Cypriani, Augustini,
, Ambrosii, qui diversam sequuntur lectionem: Faciunt idem libri, qui
, magna cura servantur in publicis bibliothecis, ostendentes nobis triplex
, Psalterium, & utramque translationem e Septuaginta & ex Hebraica
, veritate. Haec omnia erant abolenda, ne quis posset dicere, quid me-
, cum agis ex autoritate Scripturae, quae vacillat nec sibi constat. De-
, nique cur patitur Ecclesia Vetus Testamentum Hebraica Graecaque lin-
, gua excudi, Novum Graeca? Haec enim non solum arguunt varieta-
, tem lectionis, verum etiam indicant in N. T. duntaxat, esse apud nos
, Soloecismos absurdissimos, ambigue, obscure, ac perplexe reddita ali-
, aque incommoda, quae in literis Apostolicis non fuerant, sed a nobis
, inducta sunt. Quin & M. Tullius erat abolendus, ne cui ex gustata
, hujus dictione tam expolita sordescat incultus sermo vulgatae translatio-
, nis. Et haec est illa horrenda totius Ecclesiae calamitas, quam som-
, niat Sutor exorituram ex nostra versione.

, Si Sutor simili clamore posset efficere, ne quid esset corruptum aut
, subministitium, aut pseudepigraphum in veterum orthodoxorum monu-
, mentis, optarem illi Stentoream vocem, hortarer ut quam posset claris-
, sime vociferaretur. Nunc quum isti clamores nullam partem mali tol-
, lant, illud potius agendum, ut quantum licet corrigantur depravata, &
, adhibeatur cautio, ne liceat in posterum depravare quod rectum est.

, Qua in re quum a nobis hactenus sudatum sit animo sincero, magno
, studio, comprobantibus industriam nostram summis Pontificibus, gratu-
, lantibus eruditis, applaudentibus & adjuvantibus Episcopis, collaudan-
, tibus & Theologis, idque non absque fructu, nisi forte mentiuntur om-
, nes, qui mihi per literas gratias agunt, quod ex meis laboribus fructum
, haud mediocrem ceperint, quorsum attinent illa furiosa, quae Sutor
, quodam in loco detonat, in Fabrumne an in me incertum; sed omnino
, in causa pari; „ O temeritatem, inquit, plus quam diabolicam! Scisne mi-
„ ser, cur nullus praecedentium Patrum eam castigare attentavit post Hie-
„ ronymum? nempe quod omnes in communi persuasum habuere, eam
„ esse verissimam ac certissimam, nihilque penitus vel erroris vel falsitatis
„ complecti; Eam ob rem non sunt ausi temerarias manus adhibere, &
„ casso imo impio labore se fatigare, quemadmodum miserrime fecisti,
„ qui ausus es promptuario Spiritus Sancti vim inferre, & superbia lucife-
„ riana succensus, Tabernaculum altissimi, Domum Dei, Thesaurum Chri-
„ stianismi, Columnam Ecclesiae ac denique Fundamentum totius veritatis

, ac:

„ ac bonitatis infamare. Quo denique modo id moliri ausus es, quod nec „ haereticorum nec insanorum hominum ullus praesumsit? O miranda supra modum arrogantia"!, Audivimus Ajacis eloquentiam, quae verba si , dicerentur in Manichaeum aut Marcionem satis habebant amarulentiae, , nunc quum dicuntur in eum, qui pro sua virili sacros libros repurgat a , mendis, illustrans obscura, explicans impedita, quid fingi potest insa- , nius aut dementius? In eos haec erant detonanda, qui radunt, qui cor- , radunt, qui depravant sacros Codices, qui perperam citant, qui perpe- , ram interpretantur sacras literas, quorum de numero Sutor est, qui , quum nihil sciat, omnia praecipit, omnia pronunciat, omnia praescri- , bit. Talibus debemus, quod habemus sacros libros adeo contami- , natos.

, Non subvertit templum Domini qui sarcit ac restituit, quod viciavit , caries, quod arrosere mures, quod detraxit acrilegus. Imo in templis , maxime venerandis semper est quod operentur sartifices. Idem facien- , dum est, & semper factum est in libris sacris. An is injuriam facit lim- , pidissimo fonti, qui repurgat aut sarcit canalem, qui tollit injecta cada- , vera? An is contaminat thesaurum Christianismi, qui sordes injectas , conatur abstergere? Neque vero falsitas est Scripturae sed hominum; , neque vitium est Scripturae sed nostrum: quod homines incurii invexe- , re, fas est ab homine diligente tolli. Et p. 634. Audi nunc bellum , vaticinium; „Si rescitum fuerit, esse in Vulgata translatione, quod corri- „ gi mereatur, uno loco labefactato semel corruet universa divinae Scri- „ pturae autoritas, extinguetur caritas & fides, inundabunt haereses & „ schismata, committetur blasphemia in Spiritum Sanctum, qui parum di- „ ligenter adfuerit Hieronymo-- Pontificibus, Episcopis, probatis Docto- „ ribus, quibus contigit utriusque linguae peritia, crimen atrox impinge- „ tur, qui tot seculis passi sint in sacris libris aliquid insidere mendarum. „ Vacillabit autoritas Theologorum, qui dicentur hactenus non intelle- „ xisse sacras literas; Denique sic futurum est, ut e fundamentis collaba- „ tur Ecclesia Catholica".

, Si divinationem recipimus, audi nunc contra vaticinium longe pro- , babilius: Si linguae & bonae literae viguerint, in omnibus autoribus , erit minus mendarum, in omnibus disciplinis erit major puritas, erunt , certiora judicia, non licebit posthac cuivis ebrio sciolove depravare sa- , cros Codices. Nihil vero decedet autoritatis orthodoxis & scholasticis , doctoribus, si qui frequenter antehac perperam citabant sacras literas ex , depravatis libris, ex corruptis ac falsis commentariis, nunc citent ad , rem. Nec ulla nota impingetur vetustis doctoribus, Cypriano, Hie- , ronymo, Ambrosio, Augustino, Bedae, qui pro viribus excluserunt , eos, qui sacros libros vel corroderent vel amputarent, vel depravarent;

, Nec ulla infamia intentatur Pontificibus, Episcopis & Conciliis, qui
, frequenter hac de re tractarunt, sed gravioribus negotiis impediti sunt.
, —Nihil autem esse periculi Ecclesiae vel ipsa res arguit. —Jam plus de-
, cem, ni fallor, anni sunt, quod mea versio teritur manibus hominum,
, nec hinc ullum exortum est malum, nisi quod plures attentius legunt
, sacros libros. Tantum vociferari coeperunt ventres quidam, quibus
, nihil placet, nisi quod ipsi faciunt. Nec aliud profecerunt, nisi quod
, suam inscitiam cum insania pari conjunctam prodiderunt orbi. Et si
, pergant, probabile est illis imminere supremum fatum. —Mundus re-
, sipuit, deludi fucis puerilibus diutius non potest. ---Quanto haec divi-
, natio probabilior est ariolatione Sutoris?

, Et p. 614. Sed variant & Graeci Codices, nec carent mendis. Ni-
, hil vetat ex diversis exemplaribus Graecorum, quae tamen non usque-
, quaque carent mendis, restituere quaedam in nostris, quando vide-
, mus & Sutores ex pannis, quos excidunt ex vestibus non omni ex par-
, te integris, consuere centonem integrum.

, Multas hujus argumentationes praetereo prudens. Quoniam autem
, frequenter nobis obgannit vitium, falsitatem, maculas & rugas in divi-
, nis libris, nemo sic insanit, ut Spiritui Sancto aut Prophetis aut Euan-
, gelistis tribuat falsitatem; sed fieri potest, ut interpres, ut scriba laba-
, tur alicubi, sine detrimento gravi totius Ecclesiae. Et iste perpetuo
, sic loquitur, quasi quisquam divinitus datam Scripturam arguat falsi-
, tatis.

, Caeterum quod toties exaggerat, omnia corruere, si quis dubitet de
, scribis aut interpretibus, autoritatem Scripturarum, fidem, caritatem,
, ecclesiam, autoritatem Synodorum, Pontificum, veterum Orthodoxo-
, rum, Theologorum, simile quiddam mihi facere videtur Sutor, quale
, fecit is, qui lusit batrachomyomachiam, qui ob ridiculum concursum
, ranarum ac murum fingit omnes deos & deas cogere concilium, ac dis-
, cordibus studiis inter ipsos disceptare, neque unquam finem futurum
, fuisse, nisi Jupiter suo fulmine praelium diremisset. Jam tot annis teri-
, tur omnium manibus mea versio, ne musca quidem ulla movisset tumul-
, tus, nisi rabulae quidam indocti juxta ac stupidi seditiose clamassent apud
, populum, ad quem haec res nihil attinet.

, Et si revera tantum esset periculi, quantum verbis exaggerat Sutor,
, non in eos saeviendum erat, qui pro sua virili consulunt sinceritati di-
, vinae Scripturae, sed in librarios potius & sciolos, qui depravant libros,
, quibus utitur ritus Ecclesiasticus. Hic erat ferenda lex, ne quis descri-
, beret sacros libros, nisi ad exemplar probatum, &, quod scripsisset,
, religiosa diligentia conferret. Idem multo magis praescribendum erat
, typographis. Hanc decebat esse curam Episcoporum ac Principum.

Con-

Contra Jac. Latomum. p. 75. „ Quod si quis ideo nolit aliquid corrigi „ in divinis voluminibus, ne videatur usquam errasse Ecclesia, is mihi re- „ spondeat velim: Ecclesia habebat editionem N. T. antequam emenda- „ ret Hieronymus. Si in priore editione nihil erat erroris, cur Damasus „ jubet emendari? sin erat, consequitur Ecclesiam uti, quo possit esse „ melius, ne quid de errore loquar — quid vetat hac etiam in parte ve- „ terum eruditioni nonnihil accedere? Nec enim quisquis hoc agit, quae- „ libet sequitur exemplaria, nec uni fidit Codici, sed in his habito delectu „ non tantum fidit collationi Codicum, sed circumspicit, quid apud „ Graecos ac Latinos probatissimus quisque interpres legerit, quid inter- „ pretetur, & quomodo inter se consentiant; & tamen ne sic quidem a- „ dimit cuiquam judicandi jus.

„ Denique concedit hoc, utilem esse laborem eorum, qui conantur sa- „ crae Scripturae libros quam purgatissimos tradi. Recipit Hieronymi & „ Augustini judicium, ut ad Graecorum voluminum fidem conferantur „ emendandi, sed hactenus recipit, ut humanum esse dicat, quodque fal- „ li possit: quippe quod non demonstrationibus sed conjecturis innitatur. „ Fatemur hominum esse consilium, sed insignium hominum: fatemur „ rem conjecturis agi, sed in qua secus agi non possit. Atqui haec con- „ jectura quum tam multa concurrant, puta Graecorum Codicum consen- „ sus, veteres Interpretes, Latinorum vetusti Codices, Commentarii „ principum fidei nostrae, sensus ipse maxime congruens ei loco, jam „ plus quam probabilis redditur haec conjectura. Denique parum valeat „ haec regula, dummodo dent ipsi certiorem, eam cupidissime ample- „ ctemur.

Tandem Erasmus omnium doctorum & praecipue omnium Protestan- tium judicio vicit causam suam, ita ut studium hoc, quod in colligen- dis atque examinandis variis lectionibus N. T. Latinis vel Graecis poni- mus, certatim doctis commendaretur, neque quisquam qui existimationi suae consultum cupiebat, per duo inde elapsa secula illud aperte oppu- gnare auderet. *

A°. 1528. Robertus Stephanus Biblia Latina ex veteribus exemplaribus emendata edidit, quam editionem dein saepius revocavit sub praelum: annoque 1539. auxit variantibus Lectionibus, cum notatione Codicum MSS. margini adscriptis.

A°. 1537. Sebastianus Munsterus Euangelium Matthaei Hebraicum a se alicubi repertum edidit: illud autem ex incorrecto Codice Latino con- versum esse ex eo apparet, quod quoties eadem vox Graeca aliter in La- tino redditur, etiam in Hebraico diversa occurrunt vocabula: contra ubi diversae voces Graecae eodem modo in Latino vertuntur, in Hebraico eadem vox recurrit; ut Matth. II, 7, 8. *diligenter didicit*; III. 2. *poeni-*

P 3. *ten-*

tentiam agite. XV. 32. *triduo.* XVII. 14. *saepe & crebro.* XVIII. 12. *eam quae erravit.* 24. *qui debebat ei.* XX. 13. *facio tibi injuriam.* XXII. 26. *usque ad septimum.* XXIV. 24. *ut in errorem inducantur, si fieri potest.* XXVII. 5. *laqueo se suspendit.* XX. 1. *primo mane.* Ad verbum, Latinum sequens Codicem, convertit. *

A°. 1546. Synodus Tridentina decrevit, ut posthac Sacra Scriptura, potissimum vero haec ipsa Vetus & Vulgata editio quam emendatissime imprimatur.

A°. 1547. Joannes Hentenius jussu, instructione ac judicio Theologorum Lovaniensium ad Codices Stephani aliosque plus minus viginti MSS. Biblia edit cum privilegio Caroli V. Imperatoris.

Iidem Theologi Lovanienses, praecipue vero Franciscus Lucas Brugensis ex collatione aliorum exemplarium MSS. multa addiderunt A°. 1574. & 1580. quorum consilium his verbis aperit Praefatio ad Cardinalem Sirletum. „ Sed erunt sat scio, qui haec nostra ridebunt, atque ut „ frivola aspernabuntur, ii nempe, qui aut Scripturam ipsam Sacram, aut „ illius praecipue Vulgatam Latine Editionem, ob styli humilitatem atque „ incomptas ac nativas phrases parvi pendunt, nec curae ipsis sunt, quae „ occurrunt subinde Codicum varietatulae. At eorum ego nihil movebor sententiis, qui & Scripturam ipsam Sacram, & Vulgatam illius Latinam Versionem, antiquissimam illam & SS. Tridentinae Synodi declaratione prae caeteris universis authenticam, eo prosequor honore, ut „ longe faciam pluris, unum hic etiam minimum suae integritati locum „ restituisse, quam Ciceronis, Sallustii, Virgilii, Horatii, aut cujuscunque alterius hujus ordinis, quinquaginta. Et si qui laudi sibi ducunt, „ horum Editiones a mendis vindicasse; longe ego majori dignum laude „ censeo, qui hic id operae collocarit. Non ita vero id operae hic desidero, quasi Scriptura sacra erroribus obnoxia sit, quae a prima Veritate „ profecta veritatis regula est, sed quod in Codices sive apographa, Graeca maxime & Latina, per frequentem exemplarium in exemplaria transfusionem, nunc librariorum nunc lectorum oscitantia, incuria, inscitia, „ temeritate, labeculae, errata, depravationesque subinde irrepserint, quae „ aliorum Codicum sive apographorum collatione mutari, corrigi, auferri, debeant. Id cum in ipso Scripturae fonte acciderit (perspicuum est „ in N. Testamento Graeco: nam de veteri Hebraeo nihil dicere volumus) longe magis in translatione accidisse potuit.

„ Quare quod nobis objectant alii, cum vetus editio Latina a Tridentino Concilio probata, atque authentica pronunciata sit, nulla amplius „ opus esse castigatione, ridiculum prorsus est. Neque enim Concilium „ editionis hujus exemplaria erratorum expertia esse judicavit, neque etiam certum aliquod editionis exemplar sequendum omnibus proposuit; „ sed

, sed editionem ipsam caeteris quaecunque extant Latinis Editionibus
, praetulit, & authenticam definivit. Hanc qui voluerit ex Hebraeo aut
, Graeco mutare, aut suo pro judicio corrigere, correctamque pro ipsa
, Veteri Editione emaculata proponere, is Synodi sententiae procul du-
, bio adversatur. Non enim veterem servat, sed suam obtrudit editio-
, nem. Caeterum qui ex variis ipsius veteris editionis exemplaribus illi
, emendandae & primaevae lectioni germanaeque interpretis scripturae
, restituendae operam navat, tantum abest, ut menti Synodi adversetur,
, ut ipsa ad hoc Synodo hortante ex mente Synodi faciat. Statuit enim
, ut haec ipsa Vetus & Vulgata editio quam emendatissime imprimatur;
, emendate autem imprimi haud posse videtur, nisi, collatis variis illius
, exemplaribus, menda deprehensa eliminentur, sincera lectio admitta-
, tur. Qua in re ut Synodi desiderio satisfaceret Theologica Facultas,
, & D. Hentenio, & post nobis hoc operis demandavit &c'. Criticorum
S. To. 7. p. 917. *.

A°. 1555. Tacitus Nicolaus Zegerus ediderat Coloniae Epanorthoten sive Castigationes in N. T. in prologo ad Julium III. conqueritur: , Tanta
, est passim in N. T. Codicum varietas -- ut nonnisi perplexae fuerit dif-
, ficultatis comprobare ac demonstrare, quae in ipsis haberi ac censeri
, debeant pro germanis, intemeratis, ac Apostolicis: Graeca exemplaria
, dissident a Latinis, Graeca pariter ac Latina moderna a veteribus, ve-
, tera a veteribus &c'. In peroratione libri vero: , Deprehendimus, in-
, quit, eos ipsos Codices; quos nonnulli castigatores pro admodum an-
, tiquis habuere, vix ante annos CCC. vel CCCC. & plures etiam eo-
, rum longo intervallo citra descriptos fuisse.— At vero quae nos passim
, citamus nominatim exemplaria, tam sunt vetusta, ut nonnulla descri-
, pta credantur ante annos DCCC. aut DCCCC. ne quid plus dicamus.

A°: 1556. Theodorus Beza edito N. T. de Versione Vulgata ita in praefatione judicat: , — eam ego maxima ex parte amplector, & caete-
, ris omnibus antepono'.— p. p. in Erasmum invehitur: , Deinde, inquit
, quam immerito multis locis veterem interpretem reprehendit, tanquam
, a Graecis dissentientem! Dissentiebat, fateor, ab iis exemplaribus, quae
, ille nactus erat. Sed non uno loco comperimus aliorum Codicum, &
, quidem vetustissimorum autoritate eam interpretationem niti, quam ille
, reprehendit: Quin etiam aliquot locis animadvertimus, veteris inter-
, pretis lectionem, quamvis cum nostris Graecis exemplaribus non con-
, veniat interdum, tamen multo melius quadrare, nempe quod emen-
, datius aliquod exemplar sequutus esse videatur'. Hoc denique votum subjungit: , Si is esset omnium ac praesertim Regum ac Principum ani-
, mus qui esse debebat, nihil haberent antiquius, quam ut primo quoque
, tempore doctissimos quosque homines undique cogerent, ex quorum
, con-

, consensione & autoritate utriusque Testamenti interpretatio semel ederetur, cujus quoad ejus fieri posset sacra & inviolata esset autoritas. Neque enim ab uno aliquo quantumvis pio ac docto, tantum opus rite absolvi posse videtur. *

Quod salubre consilium Bezae, nemini praeterquam ei, quem minime autor ex principibus Orbis Christiani secum facturum aliquando exspectasset, Pontifici nimirum Romano sese probavit, sicut ex praefatione a Cardinale Bellarmino Bibliis praefixa cognoscere licet: „ Quamvis, „ inquit, insignium Academiarum Theologi in editione Vulgata pristino suo nitori restituenda magna cum laude laboraverint; quia tamen in „ tanta re nulla potest esse nimia diligentia; & Codices MSS. complures „ & vetustiores summi Pontificis jussu conquisiti, atque in urbem advecti „ erant — ideo Pius IV. P. M. — lectissimis aliquot S. R. E. Cardinalibus, aliisque tum Sacrarum Literarum tum variarum linguarum peritissimis viris eam provinciam demandavit, ut vulgatam Editionem Latinam adhibitis antiquissimis Codicibus MSS., inspectis quoque Hebraicis Graecisque Bibliorum fontibus, consultis denique Veterum Patrum Commentariis accuratissime castigarent. Quod itidem institutum Pius V. profecutus est. Verum conventum illum, — jamdudum intermissum Sixtus V. ardentissimo studio revocavit, & opus tandem „ confectum (A°. 1590.) typis mandari jussit. Quod cum jam esset excusum, & ut in lucem emitteretur idem Pontifex operam daret, animadvertens non pauca in S. Biblia praeli vitio irrepsisse, quae iterata „ diligentia indigere viderentur, totum opus sub incudem revocandum „ censuit atque decrevit. Id vero cum morte praeventus praestare non „ potuisset, Gregorius XIV. — perficere aggressus est. Sed eo quoque de hac luce subtracto, tandem sub initium Pontificatus Clementis „ VIII. opus in quod Sixtus V. intenderat, perfectum est (A°. 1592.)

„ Accipe igitur, Christiane Lector -- veterem ac Vulgatam S. Scripturae Editionem, quanta fieri potuit diligentia castigatam: quam quidem „ sicut omnibus numeris absolutam pro humana imbecillitate affirmare „ difficile est, ita caeteris omnibus, quae ad hanc usque diem prodierunt emendatiorem purioremque esse minime dubitandum.— p. p. sicut „ nonnulla consulto mutata, ita etiam alia quae mutanda videbantur consulto immutata relicta sunt, tum quod ita faciendum esse ad offensionem populorum vitandam S. Hieronymus non semel admonuit &c". Idem Bellarminus repetit Epistola ad Lucam Brugensem A°. 1603. „ Scias „ velim, Vulgata non esse a nobis accuratissime castigata, multa enim de „ industria pertransivimus, quae correctione indigere videbantur". Quod etiam Card. Baronius confirmat; „ Fateor, inquit, nonnulla adhuc superesse, quae in melius mutari possent".

Sixtus

Sixtus V. methodum in sua Editione adhibitam ita planius explicat: „ In quacunque Lectione plures vetustiores atque emendatiores libri consentire reperti sunt, ea jure optimo quasi primigenii Textus verba aut „ his maxime finitima retinenda decrevimus. Id vero ad germanam editionem constabiliendam praesidium ubi desideratum est, tunc SS. Patrum veterumque expositorum enarrationes, quibus diversa Scripturarum loca & libros illustrarunt, subsidio fuere: in quibus quicquid e re „ nostra observatum fuit, id in hujus operis partem adscitum est. In iis „ tandem quae neque Codicum neque doctorum magna consensione satis munita videbantur ad — Graecorum exemplaria duximus confugiendum, — ut quod apud nos variantibus Codicibus inconstans diversum ac multiplex erat, id uniforme consonum uniusque modi ipsorum fontium veritate perspecta sanciretur".

Nescio sane, utrum diligentiam potissimum, an modestiam eorum, qui Romanae Editioni praefuerunt, admirer. Illud vero cujusmodi sit adsequi nequeo cur Itali, qui lectionem Librorum Sacrorum alias negligunt, & plebi Christianae invident, nullis sumtibus laboribusque pepercerint, ut Editionem istorum librorum haberent quam emendatissimam: cum interim Germani atque caeteri Protestantes, qui verbum Dei sub omnium oculis manibusque esse volunt, unum illum mendosum Codicem, qui forte fortuna primo Editori in manus venerat, quasi de coelo delapsum reliquis universis praeferant, & in hoc quasi coeco assensu perseverent, ut qui duobus seculis elapsis totque undique oblatis adjumentis, nihil omnino curarunt, ut Sacer Textus emendatior prodiret? Unde quaeso isthaec partium permutatio, ut Pontificii scilicet partes Protestantium, & hi vicissim partes illorum sustineant?

Non tamen eidem Editioni Romanae utique plus tribuendum, quam ipsa sibi tribui postulat, aut de castigatiore Editione desperandum est. Extant enim hinc inde Codices Latini, Graecis & aetate vetustiores & numero plures, quorum variae Lectiones partim ab Erasmo, Stephano, & Luca Brugensi publicatae sunt, partim vero adhuc in Bibliotheca Regia, Argentinensi, Tigurina, Basiliensi, Genevensi &c. latent: ex quorum omnium collatione multa adhuc erui atque emendari possent. Praeter istos, in Anglia reperiuntur Codices Euangeliorum, omnium vetustissimi, praecipue Londini in Bibliotheca Cottoniana, & Cantabrigiae in Collegio Benedicti; ex quibus utinam aliquando Editionem emendatissimam, quam multos jam annos molitur, in lucem prodire pateretur Vir Cl. Richardus Bentleius! *

Petrus Faxardus Marchio Velesius, sedecim Codicibus, quorum octo erant ex Bibliotheca Regia Laurentiana, collatis, variantes Lectiones Margini Novi Testamenti Graece adscripsit; quod exemplar nactus Mari-

ana citavit Tractatu pro Editione Vulgata, ipsas autem lectiones Ludovico de la Cerda libro Adversariorum sacrorum inserendas communicavit; unde in Polyglottis Anglicanis, in N. T. Oxoniensi, & in Appendice Milliana locum suum obtinuerunt. Dubito autem, utrum Mariana malae fidei an imperitiae potius postulandus sit. Quod si enim vel tantillum animum attendisset, facile perspexisset, Velesium non contulisse Codices Graecos sed Latinos, quorum varias Lectiones ipse saepius infeliciter in Graecum convertit, ne scilicet S. Inquisitio quid moliretur intelligeret, ipsumque tanquam haereseos suspectum capitali judicio implicaret. Quod autem non Graecos sed Latinos Codices consuluerit, primo inde patet, quia Lectiones profert, quae neque Graecae sunt, neque in ullo unquam Codice Graeco exstiterunt, v. gr. Rom. VIII. 22. legit οὐ μόνον δὲ ἐκεῖνα, quia in Latino viderat: *non solum autem illa*; ubi existimavit pronomen *illa* esse in neutro plurali; cum sit in feminino singulari, & referatur ad vocem *creatura*, quae praecedit. I. Cor. X. 13. quidam Codices Latini pro *apprehendit*, legunt *apprehendat*. Velesius pro εἴληφεν substituit εἰληφέτω quod nihil est. I. Cor. XVI. 19. verba Latina: *apud quos & hospitor*, Graece expressit παρὰ τοῖς καὶ ξενίζομαι, quae iterum Graeca non sunt. 20. Ubi variatio in Latina Versione unius literulae aberratione orta est, in Graeca Velesii alia vox notatur, quae a voce, quam habet Textus Graecus toto coelo abit, manifesto indicio Variationes non ex Graecis sed ex Latinis Codicibus descriptas ab ipso fuisse, v. gr. Matth. 38. pro ἐπαισχυνθῆ *confusus fuerit*; Velesius legit ὁμολογήσῃ *confessus fuerit*. Act. III. 12. pro εὐσεβείᾳ *pietate*, ἐξουσίᾳ *potestate*. XVI. 1. pro Ἰουδαίας *Judaeae*, χήρας *viduae*. XVII. 6. pro τὴν οἰκουμένην *orbem*, πόλιν *urbem*. Jacob. V. 6. pro κατεδικάσατε *addixistis*, ἠγάγετε *adduxistis*. I. Pet. I. 6. pro λυπηθέντες *contristati*, λυπεῖσθαι *contristari*. III. 8. pro τὸ δὲ τέλος *in fine*, ἐν τῇ πίστει *in fide*; II. Pet. I. 6. pro σεσοφισμένοις *doctis*, ἀδιδάκτοις *indoctis*. Apoc. XVIII. 17. pro ἐπὶ τόπον *in locum*, ἐπὶ λίμνης *in lacum*. ut similia sexcenta omittam. Ex quibus omnibus planum fit, perperam a Mariana atque ipso quoque Millio istas Lectiones pro adstruendo Latinae Conversionis cum genuino Graeco Textu consensu adduci, cum ex ipsa eadem Conversione petitae sint, adeoque sibi ipsis testimonium dare non possint; quod etiam Simonius vidit Praefatione in N. T. Gallicum. *.

CA-

C A P U T IX.

De Versione Coptica & Syra.



NOvum Teſtamentum Copticum primus edidit Oxonii A°. 1716. D. Wilkins; quam Verſionem ſi quis laudibus extollat, omniumque accuratiſſime ad emendatos Graecos Codices adornatam praedicet, me non habebit repugnantem: quo minus tamen cum Editore temporibus Origenis atque Euſebii antiquiorem ſtatuam, ſequentia obſunt.

1. Quod haec Converſio in omnibus exemplaribus Euangeliorum habet diſtinctionem Titulorum & Capitum Euſebii, numerosque illorum margini appoſitos; in Epiſtolis vero numerum verſuum i. e. linearum ſive ςίχων numerat: quae numerandi ratio vix ante quintum a Chriſto nato ſeculum obtinuit. 2. Quod Matth. VIII. Marc. V. & Lucae VIII. legit in Textu ex conjectura Origenis, *Gergeſenorum*. Neque ab omnibus vitiis immunis eſt; nam Matth. I. legit ιωβηδ & ασαφ pro ὠβὴδ & ἀσὰ, quia Monachis Aegypti Pſalmos decantare aſſuetis *Aſaph* Pſalmiſta notior erat Rege *Aſa*. Jo. V. 2. pro *Bethesda* legit *Betſaida*. Varias Lectiones jam collegerat Th. Marechallus Euangeliis Gothicis ex parte adſperſas: poſtea Ludovicus Pickius cum Millio communicavit, tandem etiam Cl. Wilkins in praefatione expoſuit. *

Verſio Arabica Novi Teſtamenti, ad Copticum Textum in uſum privatum Aegyptiorum adornata, cum Saraceni Aegyptum occupaſſent, & linguae Copticae uſus ſenſim periret, partim a Thoma Erpenio A°. 1616. edita eſt, partim adhuc MS. latet.

Ex Coptica, teſte Renodotio, prodiit etiam Verſio Aethiopica.

2. Novum Teſtamentum Syriacum ex Editione Caroli Schaaf Lugduni Batavorum A°. 1708. Haec Verſio ſi certos homines audias omnium eſt antiquiſſima, ab Apoſtolo aut Apoſtolico viro concinnata; haec mentem ſcriptorum Sacrorum, qui Syriacam h. e. patriae ſuae linguam loquebantur & in mente habebant, felicius exprimit, quam ipſe Textus Graecus &c. Quod quam a vero abeat judicium, ex his quae ſubjiciam patebit. Nam obſervandum eſt, 1. Hiſtoriam adulterae Jo. VIII. & Apocalypſin, item poſteriorem Petri, ſecundam & tertiam Joannis, & Judae Epiſtolam, a Syris publice non legi & in MSS. plurimis & primis Editionibus non comparere, ſed a novo quodam interprete ſatis imperite ex Graeco converſa adjecta eſſe: v. gr. Apoc. VIII. 13. *ἐν μεσουρανήματι in*

media cauda in sanguine. 2. Ipsum veterem Interpretem non ut Coptus & Latinus κατὰ πόδα Textum Graecum sequi, sed magna licentia usum alia pro aliis substituere, & frequentius paraphrasten agere. 3. Loca ex V. T. citata non prout in Graeco Textu extant juxta Graecam τῶν ὁ. Versionem, sed juxta Hebraicum Textum in Syro legi, qui etiam non *Beelzebul* sed *Beelzebub* scribit: quae ἀκρίβεια a temporum Apostolicorum ratione remota est, alicubi etiam vim argumenti Apostolici enervat. 4. Matth. XXVII. 9. nomen *Jeremiae* studio omisisse, quia judicabat alienum esse. 5. Cum nesciret quid esset δευτερόπρωτον Luc. VI. 1. & προβατικῇ Jo. V. 2. omnino omisisse. & Act. XIX. 38. ἀγοραῖοι. 6. *Ptolemaida* vocare *Acco*, quod nomen ista urbs sub imperio demum Saracenorum h. e. post septimum seculum recuperasse videtur. 7. Jo. V. 27. *Quod ipse sit filius hominis*, jungit cum sequentibus, *ne miremini hoc*: non cum praecedentibus; quae distinctio videtur sapere argutias aevi posterioris. 8. Fabricium in Bibl. Gr. lib. V. c. 2. p. 321. testari, editam Syriacam Versionem N. T. distare ab illa, qua S. Ephrem usus est. 9. In Codice Florentino, ut R. D. de Montfaucon observavit, haec extare: *Conversus est liber iste IV. SS. Euangeliorum ex Lingua Graeca in Syriacam perexacte & magno cum labore, primum quidem in urbe Bambyce* (sive Hierapoli) *in diebus Domini mei Philoxeni Episcopi ejusdem urbis*. Vixit autem Philoxenus iste initio seculi VI. ut constat ex Evagrio H. E. lib. 3. c. 31. 32. 10. Versionem Syriacam a Thoma Heracliensi Alexandriae in Aegypto in monasterio Antonii cum tribus Codicibus Graecis diligenter collatam atque emendatam esse A°. 615. hodieque non alios extare Syriacos Codices, quam eos qui ex hac Editione descripti & correcti sunt. 11. MSS. Codices Euangeliorum Syriacos habere Canones Eusebii, ejusque Epistolam ad Carpianum. 12. Eos qui typis curaverunt edi hanc Conversionem, magnam sibi sumsisse licentiam, non tantum ut ea omnia incautum lectorem celarent, quae nos hactenus proposuimus, sed ut de suo quoque quaedam subinde insererent; exemplo sit locus celebris I. Jo. V. 7. de quo Tremellius, cum Syram Versionem Latine ederet, in margine ita scribit: „Totum septimum versiculum Syrum „Testamentum omittit, sicut etiam multi Codices Graeci, qui ita restitui posset . . . . sed quia non modo in impresso sed etiam „in MS. Codice Heidelbergensi omittebatur, nec in omnibus vetustis „Graecis Codicibus legebatur, textui inserere non sum ausus". Schaafius vero in Var. Lect. ad illum locum haec habet: „Versum septimum octo „Editiones non habent, Tremellius eum ita de suo in margine posuit; „Gutbierius & ego ex Tremellii notis eum descripsimus & Textui inseruimus". Quid tandem fiet de Textu Sacro, si Editoribus licet, ea quae alius de suo in margine posuit, quia Textui inserere religio ipsi fuit, postea

postea nulla nota distinctionis apposita, reclamantibus omnibus Codicibus MSS. atque editis, Textui intrudere? 13. Neque hoc silentio praetereundum, Millium in enotandis Versionis Syriacae V. L. sexcentis locis, sive quod ignarus linguae Syriacae esset, ac verba tantum interpretis inspiceret, sive quod imprudens Editoris in punctis vocalibus aut literis mendose exprimendis fidem secutus sit, aberrasse. *

Versio etiam Syriaca in Arabicum sermonem translata est, eodem circiter tempore & ob easdem rationes, quas cum de Conversione Coptica modo ageremus exposuimus. Epistolas ad Corinthios & Acta Apostolorum ex isto Arabico Latine vertit, atque ex Bibliotheca Palatina edidit Franciscus Junius A°. 1578. in Octavo, qua Editione Beza frequenter usus est. *

Eadem Syriaca Versio in Persicum sermonem translata est, teste Renodotio. Armeni etiam suam Versionem contulerunt cum Syriaca, & huic singulis in locis congruentem ferunt, teste Gregorio quodam Scholiaste Syro.

Translationem Syriacam in Latinum sermonem primus convertit Emanuel Tremellius A°. 1568, adjutus Editione Widmanstadii & MS. Palatino; qua vero ratione in isto negotio versatus fuerit, ipsius praefatio docet; ubi „ Clarissimorum aliquot, inquit, mihique amicissimorum hominum crebris cohortationibus, meaque erga Ecclesiam Dei voluntate rem „ipsam Deo approbante ante triennium tandem aggressus sum, & hoc „modo qua potui fide & diligentia administravi. Prima nobis cura fuit „Lectionis; quam si diversam invenimus, id diligenter notavimus, & „quod pro nostra mediocritate optimum judicavimus, id potissimum secuti fuimus". Quod in Syriaca Versione praestitit Tremellius, idem sine dubio praestitisset, si N. T. Graeci Editionem in se suscepisset: stultum enim est cum Medea semper dicere

———Video meliora, proboque;
Deteriora sequor.—— *

CAPUT X.

De Editione Complutensi.

PRima omnium Editio N. T. Graece prodiit Alcalae sive Compluti in Hispania, De mandato ac sumtibus Illustrissi-, mi ac Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini, Fratris Francisci Ximenez de Cisneros SS. Romanae Eccle-, siae Tt. Sanctae Balbinae Presbyteri Cardinalis, Archiepi-, scopi Toletani, & Hispaniarum Primatis, ac Regnorum, Castellae Archicancellarii' A°. 1514. quam, cum ob raritatem exemplarium vel distantiam locorum vel alias causas, ad paucorum notitiam pervenisset, Arias Montanus paucis mutatis Antverpiae A°. 1572. typis iterum subjecit, quod exemplum post ipsius iteratas Editiones praecedenti seculo Typographi Genevenses, & postea Polyglottorum Parisiensium editores etiam expresserunt.

Hanc Editionem Complutensem ejusque Editorem tantum non in coelum tollunt laudibus; hanc emendatissimam esse, hanc omnibus praeferendam, hanc solam in Textu retinendam pronunciant Alvarus Gomecius. lib. 2. de gestis Fr. Ximenii, Joach. Camerarius praefatione in Syracidem, R. Simonius & ex eo Millius p. 111. Sed age expendamus rationes, quae ipsos in hanc sententiam perducere potuerunt.

, Duravit ab anno 1502. inquit Gomecius, annos continuos plus minus
, quindecim de S. Bibliis edendis cura, ut pene cum Ximenii vita finem
, quoque Editio susceperit. Ubi si per partes narrandum esset, quan-
, tum laboris exhaustum sit, quantum taedii & fastidii devoratum a viris
, illis operi praefectis, in exemplaribus excutiendis — nimium profecto
, in iis dicendis immoraremur. At illud unum, quod ad impensas a Xi-
, menio in ea re absolvenda factas pertinet, reticendum non est. Septem
, Hebraea exemplaria, quae nunc Compluti habentur, quatuor millibus
, aureorum ex diversis regionibus sibi comparasse Alfonsus Zamora Hebr.
, lit. professor saepenumero referebat. — Jam vero chalcographorum &
, scribarum salaria, doctorum hominum non vulgaria praemia, merce-
, des internunciis propositas, quibus ad Codices vetustos adipiscendos u-
, tebatur, --si bene quis ratione subducta numeret, quinquaginta millium
, aureorum & amplius summam conficiet, quod & majores natu frequen-
, ter dicere audivi. Hac tandem diligentia & autoritate & liberalitate
, opus illud absolutissimum prodiit &c.

Qui-

Quibus quidem verbis munificentiam Cardinalis, & avaritiam ex altera parte eorum, quos libris coemendis atque evolvendis adhibuit, fidem ac peritiam eorundem nequaquam cognoscimus; praeterquam enim, quod fides atque peritia in ejusmodi opera ad numeratae mercedis modum aestimari nec possit nec debeat; quid si esurientes illi Graeculi ac Semijudaei spem locatoris fefellerunt, neque pro accepta mercede operam promissam praestiterunt. Tantum ergo abest, ut ingentes illi sumtus Editionem hanc praecipue commendent, ut qui eam curarunt, male administratae rei potius suspectos reddere possint.

Gloriantur porro Editores Complutenses de Codicibus Vaticanis V. & N. T. qui ipsis magno fuerint adjumento, uti Cap. II. §. 3. vidimus. Addunt in Praefatione ad Lectorem „ quibus etiam adjunximus alia non „ pauca: quorum partem ex Bessarionis castigatissimo Codice summa di„ ligentia transscriptam illustris Venetorum Senatus ad nos misit, partem „ ipsi magnis laboribus & expensis undique conquisivimus, ut copia e„ mendatorum codicum abunde superesset". Ubi notandum est, Codicem Bessarionis fuisse V. T. tantum, sicut testantur Editores Romani V. T. juxta LXX. Interpretes, adeoque ad subjectum negotium non pertinere. Quomodo autem Complutenses & Vaticano & Veneto Codice usi fuerint, nemo nos melius docere potest iisdem Editoribus Romanis, testibus omni exceptione majoribus, & utroque Codice usis, quorum nomine Antonius Carafa Cardinalis, Bibliothecarius, in dedicatione ita loquitur: „ Curavi de consilio & sententia eorum, quos supra „ nominavi, hujus libri Editionem ad Vaticanum exemplar emendandam, „ vel potius exemplar ipsum, quod ejus valde probaretur autoritas, de „ verbo ad verbum repraesentandum". Conferat jam mihi quispiam cum Romana Complutensem ἔκδοσιν, nae immanem animadvertet discrepantiam, ita ut vix singuli versus, &. saepe vix singula verba congruant: videbit additiones & omissiones longiorum pericoparum, praecipue in libro Judicum & in Prophetis majoribus. Quod si tanta licentia Complutenses a Vaticano Codice recesserunt in Veteri Testamento, quis eorum praestabit majorem fidem in Novo? Imo ut quod res est dicam, rationes sunt chronologicae, quae nos cogunt omnino dubitare, utrum Complutensibus, cum N. T. ederent, exemplar Vaticanum ullum ad manus fuerit? Novi Testamenti impressio absoluta fuit 10. Januarii 1514. Ultimo Februario praecedentis anni electus est Leo X. tunc temporis aegrotus, 11. Aprilis coronatus est, ac postea demum cogitavit de instaurandis literis, & Philippum Beroaldum filium Bibliothecae Vaticanae praefecit, teste P. Jovio; quod cum Hispanis innotuisset, per Ferdinandum Nonnium Pincianum, Bononiae sub Philippo Beroaldo patre literis operatum, cum aliis, ut Thuanus lib. XI. extremo testatur, comparatis magno

gno pretio exemplaribus Graecis, etiam Vaticani Codicis copiam (& quidem non ipſum αὐτόγραφον, ſed ἀπόγραφον forte, ſicut Veneti exemplaris) habuiſſe videntur. Perpendat jam mecum aequus lector tempus iſtis omnibus gerendis neceſſarium, locorum deinde diſtantiam: & judicet, an fieri potuerit, ut Codex Vaticanus in tempore, hoc eſt ante finitam, ne dicam coeptam Editionem N. T. Complutum perveniret?

Quod ſi jam detracta hac autoritatis larva ipſam Editionem propius inſpicere licet, multa in ea occurrent, quibus fides, peritia atque diligentia Editorum in dubium vocatur. Quid ſupinius illo, quod in Daniele commiſerunt, ubi ſtatim poſt editum Prologum Hieronymi affirmantis diſertis verbis, *Danielem prophetam juxta LXX. Interpretes Domini Salvatoris Eccleſias non legere utentes Theodotionis Editione*; de ſuo ſubjunxerunt: *translatio Graeca LXX*? illo item, quod ad Hebraeos VII. 3. partem Capituli Euthaliani in margine aut in ſummo codice ſcriptam ipſi textui inſeruerunt: ἐν ᾧ, ὅτι καὶ τοῦ Ἀβραὰμ προετιμήθη; ejusdem fere commatis eſt, quod verbo ἀπελπίζω in Lexico ſuo duplicem eamque contradictoriam ſignificationem tribuerunt, nimirum *ſpero aliquid ab aliquo*, & *deſpero:* cum tamen prioris apud Graecos nullum veſtigium occurrat, ejusque origo ex vitioſis quibusdam Codicibus Latinis petenda ſit, qui Lucae VI. 35. pro: *nihil deſperantes*, ſcripſerunt: *nihil inde ſperantes.*

Multitudinem errorum Typographicorum ſilentio obtexiſſem, niſi animadvertiſſem, errata interdum eſſe docta atque affectata, & quae niſi a Graecis proficiſci non potuerunt; quae Millium induxerunt, ut crederet, non fortuito orta, ſed ex exemplari MS. expreſſa fuiſſe; quando v. gr. Prologo in Epiſtolam ad Romanos legunt ἐκ πίστεως δηλοῦται pro δικαιοῦται. Prologo in Epiſtolam ad Corinthios εἰς τὰ ἔθνη pro εἰς τὰ ἤθη. Marc. I. 45. ἔξωθεν pro ἔξω. XIII. 28. δὴ pro ἤδη. Luc. XXIII. 8. ἔτι pro τι. Jo. V. 2. ἔστη pro ἐστι. Act. X. 22. ἔχλου pro ὅλου. I. Pet. III. 22. ἀποταγέντων pro ὑποταγέντων. IV. 11. ὡς χορηγεῖ pro ἧς χορηγεῖ. II. Cor. X. 10. παρρησία pro παρουσία. Gal. V. 3. ποιήσας pro ποιῆσαι. 18. ἀπὸ pro ὑπό. 21. ἅπερ λέγω pro ἃ προλέγω. Hebr. XII. 1. ἀπερίστατον. pro εὐπερίστατον. (quod ut ex Lexico ad calcem adjecto apparet, typothetae errore accidit, adeoque nec ab Aria Montano repetendum, neque a Stephano inter V. L. reponendum erat) Apoc. II. 17. κενὸν pro καινόν.

Occaſione ejusdem verbi recurrentis, vel prae nimia feſtinatione omiſerunt omnia iſta. Act. XIII. 17. ἐν τῇ παροικίᾳ. XX. 38. προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον. I. Pet. V. 9. ἐπιτελεῖσθαι. I. Jo. II. 14. ἔγραψα ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. II. Cor. VII. 10. ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. Apoc. VII. 7. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη. Sed haec levia atque humanae imbecillitatis ſunt.

Gra-

Gravius illud est, quod, cum non nisi recentissimos Codices haberent, omnibus modis Lectori persuadere conati sunt, se vetustissimos secutos fuisse. De Vaticano Codice falso jactato jam vidimus. Eodem pertinet quod prooemia Theophylacti sub nomine Theodoreti, Euthaliani vero Prologi partem & Oecumenii Prologum in Epistolam ad Romanos sine nomine autoris ediderunt: quod spiritus & accentus omiserunt, nimirum quo facilius persuaderent incautis, se ipsa exemplaria vetera expressisse. „ Ne mireris aut vitio vertas, o studiose lector, ajunt in Prologo, quod „ in N. T. Graeca Editione literae sine ullis aut spirituum aut tonorum „ notis impressae publicentur. Operae pretium visum est, hujus tibi ra- „ tiones assignare. Ea enim hujusmodi est; antiquissimos Graecos abs- „ que hisce fastigiis literarum scriptitasse, notius est, quam ut sit multis „ argumentis comprobandum. Cum igitur N. T. Graece primum a Spi- „ ritu S. dictatum sit, visum est pristinam linguae illius vetustatem maje- „ statemque intactam retinere". At vero qui accentus & spiritus omiserunt veteres Graeci, scripserunt literis quadratis & uncialibus, non charactere seculi decimi sexti, ut Complutenses, qui nescio qua κακοζηλία vetera novis permiscuerunt, & more solis Latinis librariis Graeca describentibus usitato, syllabis producendis accentum acutum apposuerunt. Quod vero dixi, habuisse eos Codices Graecos non quidem ullos veteres sed juniores: id instituta collatione liquido perspexi; Editionem nimirum Complutensem cum MSS. Codicibus seculi XIV. XV. & XVI. ubique contra omnes veteres, contra Patres & contra conversiones antiquas facere. Quod & Millii verbis confirmare licet, qui de Codice Anglicano XI. quem ipse quadringentorum annorum judicat, loquens haec addit: „ Hunc cum Textu Complutensi tam mirifice in peculiaribus „ quamplurimis etiam leviculis, etiam erroribus γραφικοῖς, aliisque Lecti- „ onibus, in quibus hi soli concordes, quod viderim, consentientem de- „ prehendi, ut pro Vaticani (Complutensis dicendum fuit) istius ge- „ mello plane habuerim, nisi quod noster in nonnullis altero isto paulo „ purior sit & emendatior". Neque dubito, quin, si accuratior inquisitio fieret, iidem illi Codices, quibus usi sunt Editores, adhuc hodie Compluti reperirentur, argumento ducto, ex Melchioris de la Cerda Apparatu Latini sermonis, Bibliothecae Hispanicae. p. 61.

Illud denique plane non ferendum, quod citra ullius Codicis Graeci autoritatem subinde nonnulla mutarunt, atque Graecum Textum ad Latinam Versionem detorserunt, ne verbo quidem admonito lectore. Ac sane quo animo ad hanc Editionem curandam accesserint, prodiderunt haud obscure statim in limine ac Prologo ad Lectorem: „ Mediam, in- „ quiunt, Latinam B. Hieronymi translationem, velut inter Synagogam „ & Orientalem Ecclesiam posuimus, tanquam duos hinc inde latro-

„ nes, medium autem Jesum h. e. Romanam sive Latinam Ecclesiam „ collocantes". Quae Simonio, homini alias non religiosissimo, tam dure tamque irreverenter & absurde dicta videbantur, ut de autore dubitaret, Ximenio Cardinali tantam verborum licentiam tribuere veritus. Quo magis miramur usque ad hanc diem Theologos etiam Protestantes ne paululum quidem addubitasse de hominum istorum fide, siquidem Textum ab illis adornatum pro fundo immobili & solo authentico Codice habendum esse non sunt veriti profiteri. Quid enim aliud exspectari poterat ab iis, qui pro certo statuerunt, Graecum Textum esse Schismaticorum & Corruptorum, quam ut ab illis ad Catholicam Latinam Versionem corrigeretur? Id quod ab illis factum esse Masius, Fl. Nobilius, Morinus, Usserius, Waltonus obscure insinuarunt, Simonius autem atque Fabricius verbis explicitis elocuti sunt; quorum suspiciones haud vanas esse, primus, ni fallor, certis indiciis comperi: cum enim illa quae, Hieronymo teste, ab Origene sub asteriscis addita erant, ex Codice MS. Marechaliano descripta cum Editione Complutensi conferrem, vidi Graeca Complutensium alia plane esse a Graecis MS. Codicis, licet sensus haud discreparet; cujus rei hanc facile rationem assecutus sum, quod Graeca sua nimirum ex Latino Hieronymi utcunque effinxerunt, & pro genuinis venditarunt.

Neque hic fallit Canon juris, quo semel fide mala deprehensus semper talis praesumitur. Nam a N. T. non magis audaces manus abstinuerunt, quam a Veteri: Matth. VI. 13. omiserunt δοξολογίαν contrastantibus ipsorum Codicibus, quod tamen cum ipsi in nota margini apposita fateantur, facile condonari ipsis potest. X. 25. habent Βεελζεβοὺβ, quae emendatio Hieronymi potius quam Lectio Graecorum Codd. est. Luc. II. 22. ediderunt ἀυτῆς, quia in Latina Versione erat: *ejus.* ad I. Cor. XIII. 3. & XVI. 51. ad exemplaria Graeca provocant, non quae ipsi viderunt, sed quorum Hieronymus mentionem facit. II. Cor. V. 10. pro διὰ habent ἰδία ad Latinum: *propria*, accentu tamen male posito, quo facilius fraudem ipsorum deprehendere licuit. VI. 15. Βελίαλ juxta emendationem Hieronymi. XIII. 5. ἐι μή τι addunt ἄρα, ut exprimerent Latinum: *nisi forte.* Gal. III. 19. ὁ νόμος — διαταγεῖσα, quod, notante Millio, primum profectum est a Latino aliquo scriba, cui in animo fuerat *legis* vocabulum. I. Jo. V. addiderunt integrum versiculum 7. non ex autoritate alicujus Codicis Graeci, sed Pseudo-Hieronymi & Thomae Aquinatis. Simili pia fraude locum Judae 4. ita ediderunt: τὸν μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

. Quod si cui haec levia fortasse videantur, per nos suo utatur judicio, dum nobis interim permittat, uti oculis nostris fidem habeamus, interpolatoribus vero haud temere confidamus; quia *qui fidelis est in minimo,*

&

& in majori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est.

Denique si quis ea, quae hactenus proposuimus, ignorare malit, hoc saltem sciat, Editionem Complutensem N. T. Graecam omnium doctorum consensu depravatissimam judicari, unde consequitur utique, non modo non evidens esse, id quod multi contendunt, Editionem scil. Complutensem N. T. unam omnium quae supersunt correctissimam esse, ita ut nulla ex parte emendari ac restitui possit, sed ne verisimile quidem.

Illud quidem Millio ultro concedimus; „Omnes Editiones postmodum „ adornatas in variis laborare, ac ab Apostolorum scriptura genuina haud „ raro abire". Quod autem inde infert: „Optandum omnino esse, ut Edi„ tio haec, sicut omnium prima erat, ita sola quidem fuisset, cujus Tex„ tus integer & illibatus in Editiones posteriores quoque transiisset". Item: „ Praestitisse omnino, principi huic Editioni ceu immobili fundo ad mar„ ginem lectiones, quae meliores judicarentur adjecisse, quam sublatis „ iis has in ipsarum locum in corpore Textus subrogasse"; sane imprudenti excidisse videtur; isto enim pacto lectio Textus semper vituperabitur & semper retinebitur; quid autem est, veritatem in injustitia detinere, caritatem veritatis non recipere, & non in melius sed in deterius tendere, si hoc non est? Aut dicat mihi quispiam, an hoc sit Critici Biblici officium, ut errores librariorum, de quibus ipse convictus est, & idoneis argumentis etiam alios convincere potest, nihilominus mordicus in ipso Textu retineat, aliisque obtrudat, genuina & Apostolica Lectione extrusa, & ad marginem aut ad calcem libri rejecta? Istud ille arcanum triginta annorum labore didicit, quo omnis ipsius labor inutilis protinus redditur? Ego vero longe aliter sentio, atque statuo, hominis candidi ac sinceri officium esse, ut libris sacris emendandis aut prorsus manus abstineat, aut quantum in ipso est, ab omnibus librariorum erratis perpurgare summopere studeat; utque inter duas pluresve mendosas Editiones, non eam, quae minus vitiosa, aut tempore prior typis excusa est, eligat atque pro fundamento ponat, sed quam instituta diligentissime collatione optimam & ad Apostolicam scripturam quam proxime accedentem judicat. Idque tamdiu credam, donec aliquis evicerit, profanorum tantum qui vocantur Autorum Editiones accurate atque diligenter emendatas esse debere, sacrorum autem Codicum qualemcunque Editionem sufficere posse, imo omne studium, quod his emendandis impenditur, supervacaneum esse, atque adeo noxium. *

CAPUT XI.

De Editionibus Eraſmi.



Licet Editio N. T. Complutenſis Eraſmianam integro biennio anteverterit, ejus tamen exemplaria non niſi multis annis poſtea publicari coeperunt, cum Cardinalis Ximenius ea diſtrahi nollet, priusquam totius operis Biblici impreſſio ad finem perducta eſſet, quod contigit A°. 1517. Ulteriorem remoram dein injecit ipſe Papa Leo X. qui demum A°. 1520. permiſit, ut exemplaria venderentur, cui acceſſerunt & alia, ita ut anno demum 1522. hoc eſt poſt tertiam Eraſmianam Editionem iſta Complutenſis in manus Eraſmi perveniret. Cum vero Eraſmus non ſolum edito N. T. magnam ſibi ſimul & laudem & invidiam pepererit, verum etiam cum ejus Editio per duo ſecula pro norma tantum non unica genuini Textus habita fuerit, operae pretium eſſe puto, ſi paulo accuratius examinaverimus, quomodo ſeſe in toto eo negotio vir ille magnus geſſerit.

Codex ejus primum prodiit Ao. 1516. Calendis Martii. Ad hanc Editionem adornandam adhibuit quinque Codices, ſupra Cap. V. Sect. 3. Num. 1. 2. 3. 4. & 24. deſcriptos. Operis Typographicis una cum ipſo intendit animum Joannes Oecolampadius, cujus hoc ad calcem libri extat teſtimonium: „ Ego vero, cui hac hieme Theologiae alioquin apud
„ Baſilienſes vacaturo feliciſſima magni Eraſmi conſuetudo contigit, non
„ poſſum non teſtari infatigabilem hominis ſtrenuitatem, vix credendam
„ in tractando fidem.— Admirabile enim ſpectaculum mihi erat—dictantem
„ recognoſcentemque, quantum tria praela exciperent, videre, ac nihilo
„ ſecius interim Graeca Latinaque exemplaria, eaque varia & vetuſtiſſi-
„ ma conſulentem, Graecos Latinosque Interpretes conferentem, pri-
„ ſcos ac recentiores primae ſimul ac infimae claſſis ſcriptores perpenden-
„ tem. Hinc eſt quod non ſenſa modo aperuerit — ſed nec verbula mi-
„ nima articulosque ipſos & apiculos minutiſſimos praeterierit.—— Sua-
„ rum etiam laudum partem in alios rejicit, quale & illud exemplum,
„ cum me ſubſidiariam ſolum in caſtigandis formulis operam, accerſitum
„ a Frobenio chalcographorum omnium diligentiſſimo, perinde ac non a-
„ ſymbolum Theſea etiam ſuum vocare dignatus eſt. *

Haec ipſa editio, ne exceptis quidem erroribus Typographicis, repetita eſt Venetiis ab Andrea Aſulano, Aldi ſocero, A°. 1518. menſe Februario, atque Eraſmo, ut par erat, inſcripta. Millius tamen obſerva-

vit,

vit, in centum circiter locis Textum Erasmicum in hac Editione emendatum fuisse, ac totidem fere locis vitiatum. Quod vero Asulanus, in Praefatione integro Bibliorum volumini a se edito praefixa: „ Ego, in- „ quit, multis vetustissimis exemplaribus collatis, adhibita etiam quorun- „ dam eruditissimorum hominum cura, Biblia ut vulgo appellant Graece „ cuncta descripsi, atque in unum volumen reponenda curavi"; id minima ex parte ad N. T. magis autem ad V. T. pertinere existimo. *

Postquam Erasmus in Belgium, atque inde in Angliam iter fecisset, ex eo itinere redux secundam Editionem procuravit, quae prodiit Basileae mense Martio 1519. ut Titulus praefert: „ N. T. multo quam ante hac „ diligentius recognitum, emendatum ac translatum". Inter Patres numerat Athanasium, Nazianzenum, Theophylactum, quem in superiori Editione Vulgarium vocaverat. De ea ita Frobenius ad Lectorem: „ Quemadmodum hanc posteriorem Editionem accuratius multo reco- „ gnovit & copiosius locupletavit Erasmus: sic & nos operam dedimus, „ ut castigatior & nitidior in lucem prodiret, ac quantum ad nos etiam „ attinet, priorem longe vinceret. Sed enim fuit illi soli quicquid labo- „ ris erat exhauriendum, inspiciendi veterum Interpretum Codices, „ exemplaria Graeca conferenda, annotanda multa, mutanda quaedam, „ adjicienda plurima". A priori Editione recessit, Millio numerante, locis quadringentis. *

Tertia Editio est Anni 1522. In cujus margine, uti notavit Millius, extant Var. Lect. 19. ex Aldina potissimum desumtae: recedit teste Millio a praecedenti locis 118., quorum quarta pars ex Aldina, qua se nunc usum esse Erasmus in Apologia fatetur, emendata est: in hac primum Editione locum I. Jo. V. 7. inseruit.

Quarta Editio apparuit A°. 1527. Titulus ex parte ita se habet: „ Jo- „ annes Frobenius Candido Lectori S. D. En N. T. ex Erasmi Rot. „ recognitione jam quartum damus, studiose lector.-- In Annotationi- „ bus, praeterquam quod autor exactiora reddidit omnia, magnam ac- „ cessionem adjunxit ex Graecorum Voluminibus, eque vetustissimis „ exemplaribus Latinis, quae nuper est nactus". In hac quarta, ut ipse Erasmus in Apologia fatetur, praesto fuit & Hispaniensis editio. Pluscenties a praecedentibus Editionibus recedit, teste Millio, sequiturque Complutensem; in sola Apocalypsi nonagies. *

Quinta eaque ultima Editio, observante Millio, nonnisi quatuor in locis a precedenti recedit. *

Summam sine dubio laudem meretur Erasmus, quod N. T. Graecum primus typis publicavit, quod plurima loca illustravit, quod mira sagacitate & improbo labore genuinam Lectionem investigavit, ne alia adjiciam, quae omnia prolixe praedicare superfluum esse puto, & fortassis otio le-

ctoris abuti videar. Nihilominus haud pauca sunt, quae in ista Erasmi opera jure desideramus, nollemusque factum, ut Stephanus & Beza omnesque Editores, qui hos exceperunt, autoritatem Erasmi omnibus Codicibus MSS. praeponerent.

Primum quod in Erasmo merito reprehendi posse putem, unde reliqua omnia profluxerunt, istud est, quod nimis festinanter tale ac tantum negotium susceptum gesserit. Id amicis ultro fassus est, sic enim scribit Ulrico Zasio Nono Cal. Octob. 1515. „ Huic pistrino sic sum affixus & „ obligatus, ut vix otium sit capiendo cibo. Adagiorum opus ita locu„ pletatur, ut aliud videri possit. Apparatur mox excudendus Hierony„ mus cum annotamentis, & scholiis nostris. Adornatur Novum Testa„ mentum nostris purgatum & illustratum scholiis. Editur a nobis reco„ gnita Copia; edetur & similium liber. Opera quae verteram ex Plu„ tarcho jam formulis excusa sunt. Paratur & Seneca Annaeus a me sum„ mis laboribus emaculatus. Cum horum unumquodque hujusmodi sit, „ ut totum hominem, & quidem non Erasmum sed adamantinum a„ liquem desideret, facile potes conjecturam facere, quam mihi nihil sit „ vacui temporis.

Bilibaldo Pirkheimero, Natali D. Galli 1515. „Obruimur hic duplici „ sarcina, quarum utravis Herculem non Erasmum requirit. Praeter a„ lia minutiora sustinemus Hieronymum & Novum Testamentum, quod „ nunc typis excuditur.

Eidem Non. Cal. Febr. 1516. „Eduntur Adagiorum chiliades sic emen„ datae, sic locupletatae, ut novum opus videri possit. Eduntur univer„ sa D. Hieronymi monumenta argumentis & scholiis a me illustrata, nec „ sine summis sudoribus emendata, notatis ac semotis, quae notha fue„ rant admixta. Emendavimus totum N. T. additis scholiis. Molimur „ obiter & alia. His laboribus sic obruimur sextum fere mensem, ut vix „ valetudinem tueri possimus.

Eidem. postrid. Pentecost. 1516. „Novum Testamentum utcunque est „ absolutum.

Eidem. 1517. „Novum Testamentum, quod pridem Basileae praecipi„ tatum fuit verius quam editum, retexo ac recudo, & ita recudo, ut a„ liud opus sit futurum.

Rimaclo Cal. Junii 1516. „Tandem effugi ex ergastulo Basiliensi, in quo „ sex annorum operas octo mensibus praestiti.

Joanni Sylvagio Cal. Jun. 1516. „Tandem explicui me e laboribus Ba„ siliensibus, fortassis serius & meis votis & amicorum exspectatione, sed „ tamen pro operis modo pene praepropere.

Petro Carassae 10. Cal. Jan. 1515. „Novum Testamentum jam prope„ modum absolutum est, & quidem satis feliciter, nisi quod ego labori„ bus enecor. Lati-

Latimero. Non. Jun. 1516., Per literas obteftor, humaniffime Latime-
, re, ut in N. T. adjutes. Editum eft pro temporis anguftia fatis ac-
, curate, verum mihi praeter exfpectationem bona temporis pars prae-
, caftigandis exemplaribus, ac formis corrigendis erat infumenda. Tam-
, etfi ad id muneris duo docti magno aere fuerant conducti: fic autem
, adjutabis, fi admonueris per Literas, quid mutandum effe ducas.
, Nam alteram mox adornabo Editionem; Verum cave ne cui hoc fubo-
, leat, typographi gratia, cui domi manerent fua volumina, fi fentirent
, emtores.

Budaeo. ,Decreveram levi brachio rem peragere, ut in minutiis quibus-
, dam verfaturus, & locos duntaxat ceu digitulo indicare. Porro cum
, jam edendum effet opus, inftigarunt quidam, ut Vulgatam Editionem
, mea vel Correctione vel interpretatione mutarem. Ejus farcinulae ac-
, ceffionem cum oppido quam levem effe ducerem, longe graviffimam
, ipfa re comperi. Deinde perpellebant, ut annotationes adderem ali-
, quanto locupletiores. Jam protinus ut fcis retexenda omnia. Ac-
, ceffit & illud oneris, arbitrabar Bafileae emendata haberi exemplaria.
, Ea fpes quoniam fefellit, coactus fum praecaftigare Codices, quibus
, ufuri erant τυπόγραφοι. Ad haec conducti fuerant duo probe docti,
, alter Jure Confultus alter Theologus etiam Hebraice peritus, qui
, formis caftigandis praeeffent. At hi quoniam hujus laboris erant
, rudes, quod fufceperunt praeftare non poterant, proinde neceffe
, fuit extremam formarum quas vocant recognitionem in me recipere.
, Conficiebatur fimul & excudebatur opus, abfolvebatur fingulis diebus
, ternio, fic enim nunc vocant. Nec interim tamen licebat, totum
, huic vacare negotio. Excudebatur eodem tempore Hieronymus, qui
, fibi bonam mei partem vendicabat; & ftabat fententia aut immori la-
, boribus, aut ante Pafcha ex eo piftrino memet explicare. Poftremo
, fefellit nos voluminis modus; affirmabat typographus fore ut ad trigin-
, ta plus minus terniones accrefceret, exceffit autem octoginta tres ni fal-
, lor. Itaque maxima temporis parte confumta in his, quae vel ad me
, proprie non pertinebant, vel ante deftinata non fuerant, delaffatus
, jam ac pene fractus ad Adnotationes perveni. Pro temporis modo
, proque valetudine praeftiti quod potui. Nonnulla prudens etiam prae-
, terii, ad multa fciens connivebam, in quibus mox ab Editione a me
, ipfo diffenfi. Proinde τὴν δευτέραν παρασκευάζω ἔκδοσιν, in qua te magno-
, pere rogo, ut conantem adjutes. A tui fimilibus etiam objurgari officii
, loco ducam. Illud unum φυλάξεις, βέλτιςε Βουδαῖε, ne id fuboleat τοῖς
, πολλοῖς, ἵνα μὴ τὰ βιβλία οἴκοι μένωσι τῷ ἐντυπωτῇ.

Haec omnia licet non ignoraret Millius, nefcio quomodo ad turpem tamen contradictionem delapfus eft, autoremque Bibliothecae S. poft fe traxit,

traxit, affirmando „ Erasmum ad Editionem novi foederis se accinxisse „ circa Calendas Octobres Anni MDXIII. — ad finem perductum esse „ opus intra menses ferme quinque, & in lucem prodiisse, mense Febru- „ ario Ann. MDXVI". Si enim numeri recte essent positi, sequeretur non quinque menses, sed biennium & quinque menses huic operi Erasmum insudasse. Non animadvertit nimirum Millius, in Epistola ad Ammonium quam citat errorem typographi 1513. pro 1515. edentis. Mentio enim ibi fit praelii Helvetiorum cum Gallis apud Marignanum d. 13. Septemb. 1515. commissi, mentio fit Editionis Hieronymi, anno demum 1515. & 1516. procuratae; Et Epistola data est Basileae, quo Erasmus non nisi post mediam partem exactam Anni 1515. appulerat.

Tanta festinatio ista plurimis erroribus caussam praebuit. Ut jam nihil dicam de insignibus omissionibus & mendis typographicis, quae tamen correctu difficilia & Graeca sunt, ut quando Apoc. II. 10. legitur παραβῆτε pro πειραθῆτε, & γῆς pro ζωῆς &c. quibus etiam Millio notante scatet Erasmi editio prima; hinc factum est, & frequenter Versio Latina a Textu Graeco, & annotationes ab utrisque dissentirent, cujus generis octodecim exempla Erasmo objicit Edovardus Leus, „ in quibus ci- „ tat Graece sic esse, cum sic non sit in exemplari suo: & citat sic non „ esse Graece, cum sic sit in exemplari suo".

Quam festinanter omnia gesserit Erasmus, inprimis patet ex Theophylacto, quem ad manus habuit. Ille cum in fronte hunc titulum gerat: τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας κυρίου Θεοφυλάκτου ἐξήγησις εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον: Erasmus vocem Θεοφυλάκτου pro epitheto habuit; pro regione Bulgariae autem, & in praefatione Graeca 2. 3. 4. & 5. Editionis Βουλγαρίου perperam legit, & in annotationibus primae ac secundae Editionis *Vulgarium* nescio quem substituit, manifesto paroramate. Pejori errore in Marc. I. 10. dicit: „ *Sanctum* non additur in Graecis, prae- „ terquam apud unum Vulgarium": quod omnino falsum est, Theophylactus enim revera cum Graecis consentit, unde in posterioribus Editionibus ejus mentio ad istum locum omittitur. Gravissimum denique illud est quod in Lucae XI. 53. scripsit, & in omnibus Editionibus retinuit: „ Quod si quis, inquit, mihi fortasse parum habet fidei, ipsius Vulgarii „ (i. e. Theophylacti) verba adscribam: γίνεται γὰρ τὸ ἀποστομίζειν ὅταν πλείονες ἐρωτῶσιν ἕνα περὶ ἄλλων καὶ ἄλλων ὑποθέσεων, τότε γὰρ μὴ δυνάμενος ἀποκρίνεσθαι ἔμφασιν δίδωσι τοῦ ἀνοήτου ἐξαπορηθῆναι, Versionem deinde subjungit, quam nos, quia tantum non impia videtur, consulto omittimus.

In MS. autem Theophylacti, quo Erasmus usus est, manifestissime post δυνάμενος additur πᾶσιν & pro τοῦ ἀνοήτου ἐξαπορηθῆναι, quod ne quidem Graecum est, legitur τοῖς ἀνοήτοις τοῦ ἐξαπορηθῆναι, unde sensus oritur longe luculentior & ad scopum autoris accommodatior. „ Fit enim τὸ ἀποστομίζειν,

„ ζειν, cum plures interrogant unum de aliis atque aliis rebus; tunc enim „ cum non possit omnibus respondere, speciem praebet simplicioribus „ quasi haerentis & impediti".

Illud denique in Erasmo minime ferendum est, quod saepe excusationibus parum idoneis nec satis honestis uti quam erroris culpam simpliciter fateri maluerit. Causatur festinationem. At quomodo ipsam festinationem excusabit, aut quis ipsum eo adegit, ut festinaret?

Alias caussam conjicit in typothetas & correctores, ubi quid offensum est, ut „In prima Editione verteram, inquit,— quanquam hoc ipsum li- „ brariis imputari poterat, quando quidem nullam ejus rei facio mentio- „ nem in Annotationibus, quod tamen in secunda Editione mutaram". Contra Stunic. in Matth. V. 27. & contra Leum p. 66. Luc. XVI. 25. „ Compereram, inquit, in priore Editione negligentia operarum aut for- „ tasse castigatorum ὧδε positum pro ὅδε hoc est, adverbium vice prono- „ minis. Nam id non esse factum meo vitio vel illud arguit, quod in „ Annotationibus hujus rei nullam facio mentionem. Id in posteriore „ mutatum est". Male, nam exemplar MS, quo usus est, recte legit ὧδε non ὅδε.

Alibi ad Codices provocat, qui nusquam extant, ut contra Stunic. Lucae XIII. 34. , Quod verteram, inquit, *eos qui mittuntur*, nihil a- , liud fuit in causa, nisi quod tunc usus sum codice, qui habebat ἀποσταλ- , λομένους: quum scriberem Annotationes, qui secus habebat. Nec enim , res acta est eodem in loco. Quaedam annotaram in Britannia, plera- , que Basileae, ac pro tempore diversis sum usus exemplaribus, nec unis , tamen. Porro quum perventum esset ad Lucam, ita sum afflictus adversa , valetudine, ut coactus sim totum laborem conferendi dies aliquot inter- , mittere, nec tamen poterant cessare operae, quod futurum erat magno , typographi dispendio. Et ob id pollicitus sum alteram Editionem, qua , sarcirem quod in priore fuit cessatum, id quod & fecimus'. Et contra Leum Luc. XIV. 31. , Citaram, inquit, in Annotationibus ex Graeco , Codice ἀπέρχεται συμβαλεῖν— quum in contextu sit πορευόμενος— Quid a- , liud hic divinari potuit, quam mihi fuisse aliud exemplar, diversum ab , eo, quod secuti sunt Castigatores? Luc. XVII. 24. Objicit, quod in , prima Editione in contextu--- feratur translatio--- *e regione supercoele-* , *sti*.--- Cum verterem, consentaneum est, Graecum codicem habuisse , ἐπ' οὐρανὸν, atque id tum verti, quod illic offenderam. Jo. VIII. 48. , Quum in aliis Codicibus reperissem ἠτιμάσατε, hoc magis libuit sequi, , quod congrueret cum nostra Lectione. Act. IX. 4. Quum contex- , tus & Graecus & Latinus sic haberet, ut probat Leus, quid obfuit, , quod in Annott. admonui, particulam hanc in Graecis quibusdam Co- , dicibus abesse. Quid aliud suspicari potest, quam me post alia nactum

 exem-

, exemplaria'? Rom. V. 19. ediderat κατεςάθημεν, Id, inquit, ſequebamur, , quod habebatur in Graecis Codicibus'. XII. 11. ,In priore Editione poſueram κυρίῳ δȣλεύοντες, quemadmodum nos legimus, poſt ubi deprehendi V. L. non celavi lectorem'. V. 12. ad γεροντοδιδάσκαλον. , In prima, inquit, Editione, quum Baſileae non haberem eos Codices, ad quos contuleram, is quo tum utebantur caſtigatores habebat δι' ἕνα ἄνθρωπον, quem ſecuti poſuerunt: *propter unum hominem.* Neque enim ego caſtigo paginas excudendas; & ſi hoc quoque munus obiſſem, fieri non poteſt, quin aliquid ſuffugiat. p. p. ſuſpicor id quod res eſt, in Codice unde contuli in Anglia fuiſſe ſcriptum ἡμάρτομεν pro ἥμαρτον, id poſtea relictum eſt incuria: cujusmodi lapſus vix ulla diligentia quis poteſt effugere. Id non eſſe vanum vel illud arguit, quod in annotatione nullam hujus rei fecerim mentionem, atque adeo legam: *peccaverunt.* Quod ſane miror a nemine Caſtigatorum hactenus animadverſum, quum id muneris in prima Editione obierint Joannes Oecolampadius & Nicolaus Gerbellius, in quarta Sigismundus (Gelenium opinor intelligit) vir egregie doctus. Ut autem Annotationes in aliis quoque locis diſcreparent a contextu, hac occaſione accidit, quod Collationis negotium peregeram in Anglia & in Brabantia, nihil minus habens in animo, quam addere novam Verſionem, viz. perſpiciens rem non ita magni fructus eſſe, plurimum tamen invidiae conflaturam. Sed amici quidam improbis inſtinctibus huc perpulere reclamantem, ut quum jam adornaretur Editio annotationum, novaretur & Contextus, quam ad rem quum alioqui plus ſatis occupato nec otium ſupereſſet, nec animus eſſet propenſus, indiligenter peractum eſt negotium.

Paucorum ſuorum Codicum aetatem & fidem nimium extollit, alios autem omnes corruptionis immerito ſuſpectos reddere conatur; ut Jacobi I. 22. , Indicaram, inquit, *tantum* non addi in Graecis Codicibus. , Stunica praedicat additum in Codice Rhodienſi. At ego jam dixi, mihi videri Codicem illum ad noſtros fuiſſe caſtigatum'. II. Pet. II. 2. , Hic Stunica perinde agit, quaſi in multis vetuſtis Codicibus legerit ἀσελγείαις, quum in uno Rhodienſi legerit, ſi tamen legit; cujus apud me , levior eſt autoritas, quod ſuſpicer ad noſtros Codices fuiſſe caſtigatum, , quo congrueret cum Latina lectione'. I. Jo. V. 20. , Indicaram, in , Graecis non addi: *Deum*, ſed habet Codex Rhodienſis: at non habent , innumeri Codices notae melioris.

Cumque haec duo poſtrema accuſationis capita ipſi ab adverſariis objecta eſſent, ſimpliciter negando ac in illos retorquendo, ſeſe magis oneravit quam liberavit; , Leus, inquit, §. 23. in his ita loquitur, quaſi in , hoc negotio ſim unicum ſecutus exemplar, quod ille vult videri fuiſſe , depravatiſſimum, nihilo magis favens Codici meo quam mihi. Ac ſubinde

, inde in suis Indicibus impingit mihi suspicionem, quasi finxerim esse
, in Codice meo, quod non fuerit, scilicet e suo ingenio metiens cae-
, teros.

Errorem in *Theophylacti* appellatione commissum ita palliare conatur contra Stunic. in Jo. I. „ Aderant, inquit, Commentarii Graeci Theo-
, phylacti, quem nos toties adduximus nomine Vulgarii, quod Theo-
, phylacti vocabulum ob literas detritas vix legi posset'. Cum tamen *Theophylacti* nomen in hoc MS. oculis legentium apertius pateat expressum quam *Bulgariae*.

Textum a se formatum autoritate Editionis Aldinae tueri solet, responsione ad notationes Eduardi Lei saepissime, cum minime ignoraret, hanc esse ex prima ipsius Editione, ut supra indicavimus, expressam. Ne jam dicam, quod autoritatem Editionis Complutensis nimis extulerit, & praestantiam atque aetatem Codicum, ad quos expressa sit, ex ingenio confinxerit, quod causae nimirum suae favere videbat.

In Apocalypsi deerant quaedam Capite XXII. quae Erasmus ex Latinis male Graeca fecit. , Quanquam, inquit in Annott., in calce hujus libri
, nonnulla verba reperi apud nostros, quae aberant in Graecis exemplari-
, bus, ea tamen ex Latinis adjecimus'. Quae contra Leum §. 243. prolixius ita narrat: , Quoniam Graecis nunquam magnopere placuit liber
, Apocalypseos, rarus habetur apud illos. Itaque quum cuperemus nihil
, abesse nostrae Editioni, aegre extorsimus ab Inclito viro Joanne Capnio-
, ne vetustissimum Codicem, Commentarium habentem in hoc opus. Ex
, eo contextus verba describenda curavimus. In calce vero scribarum in-
, curia deerant haec: *Et si quis diminuerit de verbis libri Prophetiae hu-*
, *jus, auferet Deus partem ejus de libro Vitae & de Civitate sancta, &*
, *de his, quae scripta sunt in libro isto.* Sensimus autem scribam per eam
, occasionem errasse, quod quum bis ponatur: *in libro isto*: ille ad poste-
, rius oculos deflexerit, relictis quae sunt in medio. Siquidem ad nul-
, lum lapidem frequentius impingunt librarii. Dubium non erat, quin
, essent omissa, & erant perpauca. Proinde nos, ne hiaret lacuna, ex
, nostris Latinis supplevimus Graeca. Quod ipsum tamen noluimus late-
, re lectorem, fassi in Annotationibus, quid a nobis esset factum, ut si
, quid dissiderent verba nostra ab his, quae posuisset autor hujus operis,
, lector nactus exemplar restitueret.

Accuratius tamen omnia rimanti satis constat, non ut Erasmus scribit, perpauca fuisse, quae ipse ex Latinis utcunque & festinanter Graece reddidit, sed a vers. 16. ad finem libri sex integros versus. In istis enim omnibus Erasmi Editio abit a Codicibus MSS. & ita quidem ut Graeca ipsius non obscurum sit ex Latinis fuisse conversa. Hinc enim profecta est perpetua illa omissio articulorum vers. 16. ῥίζα pro ἡ ῥίζα, λαμπρὸς pro

ἐλαμπρὸς, vers. 18. προφητείας βιβλίου pro τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου, ἐν βιβλίῳ pro ἐν τῷ βιβλίῳ bis. vers. 19. βίβλου pro τοῦ βιβλίου, ζωῆς pro τῆς ζωῆς, πόλεως ἁγίας pro τῆς πόλεως τῆς ἁγίας. Hinc est quod συμμαρτυροῦμαι inepte posuit pro μαρτυροῦμαι, quia in Latina Versione legerat: *contestor*; quomodo iste interpres solet simplex μαρτυρῶ vertere Act. XX. 26. Heb. VII. 8. 17. X. 15. Hinc etiam est, quod ubi ipsi Latini Codices variant, eam Lectionem imprudens sequitur, quae ab omnibus Graecis dissidet; quod denique ὄρθρινος pro πρωϊνος, ἐλθὲ bis pro ἔρχου, εἰ bis pro ἐὰν, & ἀφαιρήσει pro ἀφελεῖ. Uno verbo, haec interpretatio ex Latino in Graecum Erasmo adeo infeliciter cessit, ut Graeca ipsius a Graecis Codicum in tam brevi pericopa minimum tricies aberrent.

Illud vero miror, cur Erasmus nactus Editionem Complutensem, cujus MSS. fidem alias tantopere praedicat, ista non ut promiserat, restituerit, sed corruperit potius. Cum enim ipse in prioribus Editionibus Latinum *si* bis vertisset per εἰ, postea in Complutensi reperta conjunctione ἐὰν, non istam illi substituit, sed in quarta & quinta Edit. absurde utrumque posuit ἐὰν εἰ, reliqua vero retinuit, praecipue suum ἀφαιρήσει, quod in libris Sacris plane inusitatum est.

Quid quod Colinaeus, Stephanus, Haultinus, Beza & plerique omnes Typographi sequentes non Lectionem Codicum MSS. & verba autoris, sed verba Erasmi ex Latino versa pro genuino Textu repraesentaverint? quae sane supina est negligentia, & illis qui de Graecis fontibus adeo gloriantur, Versionemque Latinam contemnunt, minime condonanda.

Ut jam non repetam, quod Erasmus Lectionem eorum quos habebat Codicum Euangeliorum, Actorum & Epistolarum aliquoties temere mutaverit, cujus rei vestigia adhucdum in ipsis Codicibus manifesta conspiciuntur, Matth. II. 11. XIII. 14. XXI. 7. XXIII. 13. XXVII. 35. Marc. IV. 4. VII. 2. Jo. I. 28. Act. IX. 56. XV. 34. XVII. 5. XXIV. 6. quin neque ipse diffitetur, ultro ad amicos scribens, „ se Co- „ dices suos praecastigasse".

CA-

CAPUT XII.

De Editionibus R. Stephani.



Obertus Stephanus N. T. Graece edidit, 16°. A°. 1546. 7. Id. Novemb. , Quo quidem in opere excudendo, inquit ,ipse in Praefatione, eandem qua in caeteris uti solemus ,diligentiam, majorem etiam ut par erat religionem prae-,stitimus. Siquidem Codices nacti aliquot ipsa vetustatis ,specie pene adorandos, quorum copiam nobis Bibliothe-,ca Regia facile suppeditavit, ex iis ita hunc nostrum recensuimus, ut , nullam omnino literam secus esse pateremur, quam plures iique meliores ,libri tanquam testes comprobarent. Adjuti praeterea sumus cum aliis tum ,Complutensi Editione. *

Hanc Editionem expressit etiam Benedictus Prevotius sive Petrus Haultinus edito N. T. Graeco eadem forma Lutetiae Paris. Idibus Martiis A°. 1549., ita tamen ut numerante Millio quinquaginta locis illam desereret, & Erasmicam sequeretur. *

Secunda Stephani Editio est A°. 1549. IV. Id. Octobr. eadem forma, iisdem typis, eadem praefatione, imo eodem numero paginarum ac linearum.

Tertia eaque elegantissima Stephani Editio est in folio A°. 1550. 17. Kal. Jul. qua quid praestitum sit, praefationis sequens principium docet: , Superioribus diebus ,. Christiane Lector, N. Domini J. C. Testamen-, tum — cum vetustissimis XVI. scriptis exemplaribus, quanta maxima , potuimus cura ac diligentia collatum minori forma, minutioribusque , regiis characteribus tibi excudimus; Idem nunc iterum & tertio, cum , iisdem collatum, majoribus vero etiam regiis typis excusum tibi offeri-, mus.— primo Complutensem Editionem intelligas, quae olim ad anti-, quissima exemplaria fuit excusa, cui certe cum nostris mirus erat in , plurimis consensus. Graece: τὸ δὲ α. βιβλίον ἐςὶ τὸ ἐν Σπανίᾳ ποτε τυπωθὲν, κατά τινα ἀντίγραφα τῶν ἀρχαιοτάτων καὶ ἀκριβεςάτων, secundo &c. *

Quarta denique Stephani Editio prodiit Genevae 1551. in Octavo. Textus idem est cum praecedenti; nisi quod singula Capita in certos versiculos nunc demum divisa fuerint; cujus inventi his verbis meminit filius H. Stephanus praefatione praefixa Concordantiis Graecis N. T. , Ultimum, , quod in literas Sacras, vel potius earum lectores parens meus Robertus , contulit beneficium, minus aliis non fuisse, qui judicant, non infagaci , esse judicio videntur — Lutetia Lugdunum petens hanc de qua agitur

 , Ca-

„ Capitis cujusque catacopen confecit, & quidem magnam ejus inter e-
„ quitandum partem — inventum illud simul in lucem simul in omnium
„ gratiam venit, simulque in tantam autoritatem, ut quasi exauctoraren-
„ tur aliae T. N. sive Graecae sive Latinae sive Gallicae sive Germanicae
„ sive in alia vernacula lingua Editiones, quae inventum id secutae non
„ essent.

His explicandis sequentia addimus. 1. Varias Lectiones collegit Henricus Stephanus, puer tunc temporis octodecim annorum, id quod tum ipse praefatione N. T. 1587. editi innuit, quando affirmat se veteres Scripturae libros plusquam triginta vidisse, partim in regis Galliae Bibliotheca — partim in Italicis, tum etiam Th. Beza manifestius ab ipso didicit & in dedicatione N. T. Elisabethae Angliae Reginae A°. 1564. his verbis exposuit: „ Ad haec omnia accessit exemplar ex Stephani nostri „ Bibliotheca cum XXV. plus minus vetustis Codicibus & omnibus pene „ impressis ab Henrico Stephano ejus filio, & paternae sedulitatis haere- „ de quam diligentissime collatum". Eo facilius spero fidem mihi habebit lector affirmanti, quae Beza de diligentia Stephani praedicat tam esse hyperbolica, quam ea quae de XXV. plus minus Codicibus MSS. tantum non vero duplicato numero paulo ante dixerat; Testor autem, me Stephani primum, secundum, octavum, nonum, decimum quintum iterum conferendo & V. L. a Kustero ex decimo tertio & decimo quarto editas cum Stephanicis comparando, in his vix decimam illarum partem deprehendisse. Utrum igitur H. Stephanus negligenter an studiose in hoc negotio versatus sit Lectori dijudicandum relinquo. Idem circa primum Stephani Codicem jam observavit Millius. „ In uno, inquit, certe „ exemplari Complutensi Lectiones plus DCC. omissas in hac Editione „ deprehendimus, hoc est longe plures quam quae in ea notatae sunt, „ neque enim adscriptos videre est ultra DXCVIII. Neque certe cre- „ dibile est majorem habitam fuisse caeterorum librorum rationem quam „ Hispanici.

2. Quicquid Stephanus in prima Editione jactet, nempe ad Regios Codices recensitam esse, revera tamen nonnisi rarissime, & ubi omnes aut plerique codices contra Erasmianum conspirabant, in Textu emendando illos adhibuit, cujus consilii ipsum in tertia Editione ita poenituit, ut ubique fere ad Textum Erasmi exprimendum rediret, & Millio supputante vix vicies ab eo recederet, etiam contra plerosque imo interdum contra omnes Codices MSS. quod jam Curcellaeus in praefatione N. T. observavit, atque suo jure miratus est. Quod autem Millius affirmat, deciesque repetit: „ Complutensis Editionis Textum illum ipsum fuisse, „ quem ex MSS. suis recensuerit Robertus, & ad cujus oram, ante- „ quam Editionem suam primam adornasset, Variantes istorum librorum lecti-

„ lectiones conjecerat. p. p. Editioni Complutensi ceu fundo innixura „ erat haec Stephanica—— Complutensi ceu basi insistere eam manife- „ stum est in Euangeliis, Actis & Epistolis—— Hispanici libri ἰδιάφει in- „ sistebat haec editio". In hoc & a se ipso & a veritate dissentit; cum ipse supputatione inita fateatur, Editionem primam Stephani sexcentis circiter locis a Complutensi recedere, & Erasmianam sequi, & quidem ducentis in locis perperam & contra omnes vel plerosque Codices. (in quibus etiam occurrit illud καιρῷ. Rom. XII. 11. & ἐὰν ἐι & ἀφαιρήσει Apoc. XXII. 19. aliique errores typographici) „ In Apocalypsis Tex- „ tu conficiendo luculenter satis prodit libri hujus contextus, Editorem „ suorum Codicum ipsiusque adeo Complutensis adeo exiguam seu po- „ tius nullam habuisse in Textu suo stataminando rationem, ut rejecto „ locis plus CCCCXL. Codice Complutensi-- universum Apocalypseos „ Textum conformatum dederit ad Editionem quintam Frobenianam, „ h. e. Erasmianam". Idem de tertia Editione asserit Millius conquestus, „ de Stephani, cum Editionem hanc adornaret, nimio in quintam Frobe- „ nianam studio". Supra autem dixerat, Stephani tertiam a Complutensi mille trecentis locis variare: licet in Apocalypsi deserta Erasmiana & suis prioribus Complutensem editionem fere secutus sit.

3. Jure etiam conqueruntur viri docti, quod Stephanus vagam admodum MSS., quibus usus est, Codicum descriptionem dederit, dum omnibus promiscue commentitium titulum vetustissimorum tribuit, & ipsi Editioni Complutensi locum inter MSS. concedit; praecipue vero dum non exprimit, utrum Codices illi integrum N. T. an particulam ejus duntaxat hanc vel illam continerent, unde ingens confusio, quae plurimis erroribus causam praebuit, exorta est. Cui malo nos in recensione MSS. medelam attulimus, ostendimusque Codices Stephani, excepto secundo & Octavo, non admodum esse vetustos: praeter Complutensem Editionem habuisse exemplaria Euangeliorum decem, Actorum & Epistolarum octo, Apocalypseos vero non nisi duo.

4. In V. L. signis Textui inferendis, & numeris Codicum margini apponendis frequentissime a typothetis aberratum est. Confunduntur Codices α. & ια. & in Euangeliis non raro citatur Codex non nisi Epistolas continens & vicissim; quod etiam Lucas Brugensis in I. Jo. V. 7. & Millius suspicati sunt.

5. Levitatis ejus hoc est indicium, quod nullo novo testimonio accedente, intra quadriennium tantopere a se ipso dissensit Stephanus, ut a priori Editione in secunda sexagies septies recederet, in tertia vero ab utraque praecedente, juxta Millii calculum, ducenties octuagies quater; utque in Apocalypsi semel atque iterum Erasmianam, tertio denique etiam Complutensem Editionem, nunquam vero MSS., quos habebat, & quos

& quos sequi unice debebat, Codicum Lectionem sequeretur.

6. Distinctionem Capitum in versus non miror illi placuisse, qui Concordantias parabat, utpote huic operi necessariam atque utilem, neque miror placuisse Typographis, quibus ex majori, aucto vacuo spacio, libri volumine, majus accrevit lucrum; aut illis Doctoribus, qui neglecta connexione Contextus sacri singulas pericopas tanquam singulas sententias & quasi totidem Aphorismos considerant; ut ita liberius suae phantasiae indulgere, atque quidlibet ex quolibet efficere possint. At miror universalem adeo applausum obtinuisse istam distinctionem, quae saepissime imperite facta est, & semper sensum implicat magis; conjungenda separat, aut separanda conjungit; & Epistolas v. gr. continuo filo ratiocinii scriptas instar scoparum dissolutarum exhibet; quo nihil fingi possit absurdius, atque a sensu communi & mente scriptorum sacrorum alienius. Sed bonum factum, quod & olim cordati viri & nuper extiterunt, qui ab hac Stephani sterili ac minuta diligentia palam abhorrere se prae se tulerunt.

CAPUT XIII.

De Editionibus Theodori Bezae.



PRima editio est A°. 1556. exhibens Latinam tantum Versionem cum Annotationibus; Reliquae omnes secunda A°. 1565., tertia A°. 1582., quarta A°. 1589. quinta denique A°. 1598. exhibent etiam Textum Graecum. * In prima & secunda Editione adjutum se fatetur Vallae, Stapulensis, & Erasmi Annotationibus, praecipue vero R. Stephani Codice A°. 1550. cum V. L. edito. In tertia adhibuisse etiam duos Codices MSS. suos testatur, Claromontanum nempe & Cantabrigiensem, una cum Versione Syra N. T. & Arabica Actorum Apostolicorum, & utriusque ad Corinthios Epistolae; in quarta & quinta accessisse praedicat consilia amicorum Drusii & Piscatoris. In duabus iisdem postremis Editionibus mentionem etiam facit vetustissimi MS. Codicis, quod (ipsa verba Bezae sunt) nuper nactus sit; quo ipsum tamen bis tantum, in extremo nimirum Matthaeo & Luca, ad explicandam subnotationem usum deprehendo.

Dissentit Beza ab Editione Stephanica in Versione & notis locis circiter ducentis, quorum quinquaginta in ipsum Textum Graecum recepit, &

post

post ipsum Typographi in Editionibus hodie vulgo usitatis: Sexcenties vero minimum locis lectionem receptam dubiam facit, eique alias aut singulas aut subinde plures aequiparat. Accentus spiritusque, commata etiam & distinctiones pro lubitu immutavit, quoties ita planiorem sensum effici existimabat. Neque raro etiam sententia mutata secundis curis priora refingit atque retractat. Et, quod animadversione dignum est, haec omnia Beza sibi permisit, cum adhuc Lausannae commoraretur, & antequam ad Hierarchiam Genevensem evectus esset, ne quis putet, aliis non item licere, id quod Bezae licuit.

, Satisfecit Stephani & Bezae industria Ecclesiis Reformatis hactenus , omnibus. Quotquot enim vel in Belgio vel Germania vel Gallia N.T. , novas procurarunt editiones, magnorum illorum virorum Codices religiose sunt secuti; Casaubonus etiam & Heinsius, quorum tamen in , Crisi & antiquitatis studiis magnum est nomen, in illis acquieverunt, inquit Hottingerus in Bibliothecar. p. 130.

Hodie tamen, nisi me fallit opinio, communi eruditorum consensu Bezae autoritati multum detractum est. Neque id immerito sane: nam quod vel ex sua conjectura, vel ex uno Syro aut Latino Interprete, sive potius ex mendoso eorum Apographo, vel ex uno aliquo Graeco novo Codice, vel denique ex Complutensi. contra consensum Codicum vetustissimorum, Patrum, atque Conversionum antiquiorum lectionem receptam loco suo movere toties tentavit, in eo haud paulo certe plus sibi sumsit, quam aequis judicibus adprobare posset. Neque illud non cordatis displicet, quod , *ex Veteribus Origenem, ex recentioribus vero Castalionem,* viros ipso longe in tractandis sacris majori usu atque fide versatos, ubique *acerbius reprehendat*, sicut ipse in Praefatione gloriatur: tum quod etiam Erasmo illud ipsum vitio vertit, quod ipse in suis laudibus commemoravit: quando de illo in prima Praefatione „ Fateor, inquit, „ me videre non posse, cur quod uno loco comprobavit, in alio rejiciat: „ quod alibi mutavit, alibi retineat". De se vero in Praefatione ultima, „ Ita, inquit, factum, ut quater istud a me fuerit editum, novis semper „ accessionibus valde locupletatum; dum paucula quaedam in ipso con„ textu facere meliora studeo, in annotationibus quaedam partim ab a„ micis admonitus, partim judicio ipse meo emendo: quaedam prorsus „ tollo: multa prius a me non animadversa adjicio; quod a me factum, „ si quis levitati vel inconstantiae tribuerit, non dubito, certe bona con„ scientia fretus, ad omnes aequos lectores provocare. Imo tantum ab„ sum ab eo, ut toties innovatae illius rei me poenituerit, ut in hac „ quinta hujus operis Editione eandem imo etiam pene majorem, quam „ unquam ante, operam, diligentiam, fidem adhibuisse me minime pudeat: „ imo nunc quoque libens agnoscam ac profitear, a me neque tanti sus-

„ cepti operis magnitudini, neque meo ipsius summo desiderio, quam-„ vis non paucorum vere amicorum opera adjuto esse satisfactum".

Quod posterius Bezae de se ipso judicium, Hottingeri quod supra proposuimus judicio, est sane cur multum anteponas; neque quisquam opinor nos in contumeliam Bezae id dixisse interpretabitur, si ingenue ipso Beza praeeunte fateamur, Editione ipsius *neque nostro summo desiderio esse satisfactum.*

Illud autem in eodem viro vix ferendum videtur, quod posteaquam censorem aliorum egisset, multo frequentissime in iisdem offendit, in quibus alios reprehenderat. Audiamus ipsum in Praefatione: „ Ut in „ genere, inquit, de omnibus loquar, quum in ipsis Graecis Codicibus „ maxima sit interdum varietas, videntur omnes vel satis multis exem-„ plaribus non fuisse instructi, vel non satis de hac annotanda Varietate „ solliciti, quum caeteris neglectis ea plerumque annotarint, quae ipsi „ probarunt, quum singula potius annotare oportuerit, ut suum cuique „ judicium relinqueretur, id ergo ab illis factum fuisse vehementer cu-„ perem". Quod si serio scripsit Beza, cur quaeso in Epistola ad Academiam Cantabrigiensem, cum ei Codicem suum donaret, contrarium scribit his verbis: „ Hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam a „ me in Lucae praesertim Euangelio repertam esse inter hunc Codicem „ & caeteros quantumvis veteres discrepantiam, ut vitandae quorundam „ offensioni asservandum potius quam publicandum existimem"? Cur ipse minimam partem Variationum, quas in suis Codicibus Cantabrigiensi & Claromontano viderat, promulgavit, longe plura vero & praecipua non suppressit tantum, verum etiam omnino negavit interdum, ad notitiam suam pervenisse? Accipe, quid docti pridem conquesti sint: „ Quod ipse „ Beza, ait Morinus in Exercitatt. in aliis reprehendit, semper praesti-„ tit: varietates quas aliquomodo probavit, eas tantum retulit, caeteras „ prope innumeras silentio praetermisit, — aut maligne dissimulavit. Beza nescio quo consilio plurima, quae prae manibus habebat, publico invidit, Curcellaeo teste. Idem omnibus, quibus grave non erit Bezae annotationes cum Millii V. L. contendere, in oculos incurret.

Foedissimum denique illud est, quod circa V. L. a R. Stephano Ao. 1550. editas commisit. 1. Cum enim ex praefatione Stephani sciret, XV. tantum MSS. Codices ab eo consultos, & cum editis collatos fuisse, non veritus est eorum numerum augere, de viginti quinque plus minus manuscriptis Stephani Codicibus in Praefatione locutus, quem numerum in tertia demum Editione ad septendecim, in quarta vero & quinta additis suis Cantabrigiensi & Claromontano ad novendecim reduxit, ne scilicet non a vero numero iterum recederet. 2. Inter hos Manuscriptos eosque vetustos Stephani Codices Editionem Complutensem numerat.

3. Cum

3. Cum in prima Editione ad Stephani Codices provocaret, in ſequentibus mentionem Stephani plerumque omiſit, & MSS. illos tanquam ſuos citavit, quod incauto lectori fucum facit, ac ſi nempe ipſe Beza non Editionem Stephani A. 1550. ſed ipſos MSS. Codices inſpexiſſet. 4. De Codicibus Stephani loquitur, ac ſi ſinguli N. T. integrum continerent. 5. Ubi Stephanus ex incuria nullam variationem annotaverat, Beza ſerio atque graviter teſtatur, omnes vel XVII. Codices MSS. legere, ut in editis expreſſum eſt. 6. Suum Cantabrigienſem & Stephani ſecundum pro duobus teſtibus ſeſe invicem confirmantibus producit, cum revera duo tantum ſint nomina ejusdem ſingularis Codicis uti Cap. IV. §. 1. probavimus.

Quod ſi quis igitur haec omnia cum bona, quae in iſto negotio requiritur, fide conciliare poterit, gratiſſimum nobis faciet, ſi errantes deducat in viam. Quo minus autem hoc facile ſperem a quoquam praeſtitum iri, facit hiſtoria illorum temporum, qua conſtat Bezam autorem eſſe libri, quo ſupplicio capitali τοὺς ἑτεροδόξους afficiendos eſſe contendit, Caſtalionem vero innocentiſſimum atque optimum virum, Linguae Graecae in Academia Baſilienſi Profeſſorem meritiſſimum, indignis modis ab eodem oppugnatum fuiſſe. Cur igitur ab omni pia fraude abſtineret Beza, qui a vi aperta temperare ſibi vix potuit? quique tantum non ſola autoritate ſua ſecum diſſentientes opprimere poterat, cur ſuperfluam diligentiam in convincendis iis adhibuiſſet potius?

Huc facit etiam, quod Beza Editionem alteram N. T. ſui nonum in annum preſſerit, donec ſcilicet mortem Caſtalionis antagoniſtae ſui, ex aegritudine animi ob graviſſimas non unius generis apud Magiſtratum Baſilienſem ipſi ab eodem Beza intentatas falſas licet criminationes conſecutam comperiſſet. Quae omnia hominem potius vafrum ac diffiſum cauſae ſuae, quam fideliter diligenterque ac pie ſuſceptum negotium gerentem produnt. Ingenium Bezae cognoſcere haud obſcure licebit ex Epiſtola, quam nunc primum ex αὐτογράφῳ edimus.

Sebaſtianus Caſtalio Theodoro Bezae S.

„ Cognovi a quodam amico augere te tuas in Novum Teſtamentum an-
„ notationes, & optare reſponſionem meam ad ea, quae in prioribus
„ adverſus translationem meam ſcripſiſti, paratumque eſſe eam curare
„ excudendam. An in eadem ſententia perſeveres, ſcire ex te velim;
„ quod ſi perſeveras, reſcribe mihi tua manu, ſicut ego tibi mea; & ego tibi
„ deinde mittam reſponſionem meam his conditionibus. Primum ut totam
„ fideliter cures excudendam, neque quicquam addas, aut detrahas, aut im-

„ mutes. Deinde ne eam diutius fupprimas, neve quicquam adverfus „ eam, aut cujus fcribendi ex ea fumferis occafionem, emittas in publi- „ cum, quin ipfa vel jam prodierit, vel una prodeat. Poftremo ut bona „ fide mecum agas, neve cum hujusmodi aliqua conditione excudendam „ fufcipias, ut dicas: *quantum in me erit*, aut: *per me non ftabit*: fed „ an tibi per alios liceat excudere, certo fcias, antequam eam tibi mitti „ jubeas. Illud etiam addo, fi a nomine meo usque adeo abhorres, per- „ mitto tibi, ut eam fine meo nomine emittas, & me pro Caftalione „ quendam appelles, quemadmodum hactenus fecifti, idque facias in ti- „ tulo meae refponfionis. His ego tibi conditionibus (quas aequas effe „ confido) mittam, volente Deo, refponfionem meam, tu deinde contra „ eam fcribito & excudito, quae voles, five feorfum, five in eodem cum „ ea voluminis corpore. Hactenus de conditionibus. Jam extra con- „ ditiones, dabo tibi confilium, Beza, quo nullus unquam amicus da- „ bit fanius. Confulo tibi ut abftineas a maledictis; idque non mea cau- „ fa facio; nam maledicta veftra caufam meam non tam laedunt, quam ju- „ vant: & fi vos odiffem, optarem ut in eadem maledicentia perfevera- „ retis, quo magis elucefceret, cujusnam Spiritus arma adverfum me ad- „ hibeatis; fed hoc tua caufa confulo. Primum quia maledicendo peccas „ in Deum, cujus judicium vel vivus vel mortuus non effugies. Deinde „ quia te ipfum reddis modeftiffimo cuique maxime invifum. Poftremo „ quia caufam tuam reddis fufpectam, dum rationibus quafi parum fir- „ mis admifces maledicta. Praeftaret & magis ingenuum effet, fine odio „ aut acerbitate contradicere. Ita enim appareret ftudium veritatis. Sed „ ut id facias, impera tibi, & mentem quaere meliorem. Alioqui fi „ eundem animum retinens, verbis modeftiam fimulares aut fcriptis, fi- „ mulatio effet nihilo melior quam maledicentia. Haec ego tibi quo ani- „ mo fcribam, novit Deus & ego; quam vere & falutariter fcribam, tu „ ipfe cognofces, fi in te ipfum defcenderis. Non odi te, quamvis a te „ in quibusdam diffentiam, & cupio erga te, ficut & erga omnes alios, „ officio fungi hominis Chriftiani. Contende mecum charitate: nullum „ unquam habuifti amicum fideliorem. Reprehende in mea translatione, „ quae poteris; rem facies mihi non ingratam: liceat modo ad ea re- „ fpondere, quae non bene reprehendiffe vifus fueris; in veris repre- „ henfionibus habebis me facilem confefforem atque correctorem. Cu- „ pio enim omnia recte & vere fieri. Deus adfit & tibi & mihi. Vale, „ Bafileae die 16. Junii, Anno 1558". Miffa fuit haec Epiftola.

CA-

CAPUT XIV.

De V. L. Collectoribus atque Editoribus.

,EDitiones, quae abhinc centum aut circiter annis factae, sunt, aut adhuc fiunt, nihil melius aut accuratius, primis illis habent. Sunt enim omnes vel ad Frobe-, nianas vel ad Stephanicas vel ad Complutensem ex-, pressae, quarum accurationem & elegantiam assequi, posse summa votorum est multis hujus aevi typographis'. Teste αὐτοψίᾳ, observante etiam Curcellaeo in Praefatione N. T. & post ipsum H. Hottingero, cujus superiori capite verba adduximus.

1. A°. 1641. Hugo Grotius, Interpretum N. T. longe praestantissimus, edidit Annotationes in IV. Euangelia, & A°. 1646. in Acta & Epistolas Apostolorum, in quibus Lectionem Codicis Alexandrini saepe Vulgatae praefert, aliquando etiam ex conjecturis Textum emendare conatus, quae omnia a Piercio excerpta Polyglottis Londinensibus inserta sunt. *

2. Non ita multo post Grotium Henricus Hammondus scripsit Annotationes Anglicas in N. T. in Monitis ad Lectorem ita praefatus: , Multi viri docti, Lucas praecipue Brugensis & Robertus Stephanus, magna, diligentia observarunt V. L. multorum Graecorum Codicum MSS., Quoniam vero Anglia nostra quibusdam monumentis antiquis ditata est, quae a Deo in usus honestiores destinata sunt, quam ut in Archivis serventur, tanquam in sepulcris cadavera, & inter vermes in situ & pulvere jaceant, quosdam Codices consului, & ex illis quandoque V. L., selegi publico offerendam — ut, qui judicio pollent, pro re nata illa utantur. Primum MS. ego bis contuli repertum in Bibliotheca Collegii Magdalenae Oxonii. Secundus est MS. Alexandrinus, tertius Bezae Cantabrigiensis, quorum V. L. mecum communicare dignatus est, Reverendissimus Archiepiscopus Armachanus. Quicquid ex aliquo horum codicum cognitu utile visum est, in margine interiori hujus libri, translatum & e regione Textui appositum conspicitur'. In ipsis Annotationibus frequenter Vulgato Textui aliam Lectionem praefert, aut saltem aequiparat: aliquando etiam Textum ex conjectura emendare non dubitavit.

3. A°. 1657. Brianus Waltonus in Polyglottis Londinensibus expressit Textum N. T. juxta Editionem Stephani tertiam: in Tomo autem sex-

to adjecit V. L. non tantum Stephanicas, & Bezae ex Codd. Cantabrigiensi & Claromontano, sed etiam ex variis MSS. Codd. Anglicanis, quos Cap. V. Sect II. descripsimus, quosque magno exhausto labore cum editis vel ipse contulit vel conferendos curavit Jacobus Usserius. Varia tamen hic desiderantur, nam primo ex omnibus illis Codicibus in Anglia repertis ne unus quidem satis vetustus aut alicujus autoritatis est; dein Codex Angl. XXXII. Montfortii dictus, qui totum N. T. continet, non nisi in Euangeliis & Actis cum editis collatus est, neglectis Epistolis cum Apocalypsi; denique Velesii V. L. tanquam ex Graecis Codicibus excerptae proponuntur, quas ad Latinos tantum Codd. pertinere supra Cap. VIII. extremo probavimus. *

4. A°. 1658. Stephanus Curcellaeus edidit N. T. cum V. L. in 12, quae editio post ipsius mortem ter, annis nempe 1675, 1685, & 1699. praelo subjecta rursus fuit. Consilium suum & rationem operis in Praefatione ita proponit: „Cum animadverterem, inquit, cognitionem V. L. „ esse valde utilem, & propemodum necessariam, & tamen magnam „ partem earum, quas vetera MSS. continent, in hodiernis Editionibus „ desiderari, operae me pretium facturum arbitratus sum, si colligerem „ omnes, quas in diversis exemplaribus invenire possem, & novae editioni adjicerem".

Docet deinde in Textu se expressisse superioris temporis Elzevirianas editiones; quae Stephani tertiam exhibebant, in ima vero pagina exhibuisse V. L. non tantum quas ediderat Stephanus, aliasque ejus conjecturas, & ex Erasmica & Complutensi collectas editione, verum etiam ex quatuor Codicibus MSS., nimirum Bezae, quem Claromontanum ille vocaverat, Epistolarum Paulinarum, Thuanaeo totius N. T. si Matthaeum detraxeris, Mazariniano IV. Euangeliorum ante octingentos annos scripto & Constantinopoli allato, nec non ex alio MS. adhuc vetustiore.

Addit porro, ut vulgari objectioni occurreret: , Fateor exemplarium , nostrorum scripturam plerumque meliorem esse ea, quam V. L. exhibent; sed non semper. Ideoque Textui sunt adjiciendae, ut unicuique intelligenti libera relinquatur facultas, quam volet eligendi aut rejiciendi. Quod vero praeterea quidam afferunt, id esse noxium, utpote quod suspicionem ingerere possit, scripturam Novi foederis ita , esse corruptam, ut tutum non sit illi fidem adhibere, facile diluitur. , Nam contra potius corruptionis suspecta esset habenda, si V. L. omissae forent, quia ignoraremus, an veram haberemus. Sed omnibus diligenter annotatis certi possumus esse, veram quoque inter illas repertum iri, & accurato solum examine opus esse, ut a falsis discernatur. , Optandum quidem esset, ut nulla diversitas Lectionum in hoc libro inveni-

, veniretur, & ut omnes, qui eum descripserunt, tam fideliter & accu-
, rate in isto opere se gessissent, ut cuncti Codices ad unguem inter se
, consentirent. Sed quandoquidem res aliter se habet, & jam ab anti-
, quis seculis quaedam loca non eodem modo in omnibus exemplaribus
, lecta sunt, ut passim testantur Interpretes, malum istud dissimulatione
, non sanabitur. Nullus enim, qui veterum aut recentiorum Commenta-
, rios vel obiter inspexerit, id ignorare potest. Sed laus sit Deo, quod
, nullum inde fidei Christianae periculum imminet. Quantacunque enim
, Scripturae varietas in his libris occurrat, nihil tamen inde productum
, est hactenus, quod erroribus aut vitiis vel minimum faveat, sed omnia
, optime ad veritatis & pietatis defensionem in illis conspirant. Forte
, quidem Orthodoxis per V. L. aliquis eripietur locus, quo adversus
, Haereticos pugnare consueverunt. Sed ea, quae alicujus in fide Chri-
, stiana sunt momenti, tot Scripturae locis repetuntur, ut etiamsi unus
, aut alter eorum nobis deesset, non propterea veritas periclitaretur. — Si
, angustia Marginum permisisset, ubique libros nominassem, quos secu-
, tus fui, ut qui vellent consulere eos quirent. — Vale & operi in com-
, munem Christianorum utilitatem suscepto gratus fave: &, sicubi nos
, in tot minutiis forte lapsos esse contigerit, benigne ignosce.

Licet autem Curcellaeus quod promiserat fideliter atque perquam diligenter praestiterit, malam tamen apud multos gratiam iniit, quorum alii eum ejusmodi crimine, quasi *in quibusdam locis faveret partibus Socinianis*, insimularunt, licet nusquam ille sententiam suam interposuerit, sed satis habuit aliorum Observationes aut Lectiones tantum recensuisse: alii de negligentia ejus conquesti sunt: *quod Lectiones varias notaverit, nulla facta mentione codicum, ex quibus hausit, num ex MS. vel excuso, num Lectio ex conjectura adsumta*; quod postremum etsi praecipue urgent tamen prorsus falsum est, quoties enim conjecturam proponit, diserte praefatur, ita H. Stephanum vel Casaubonum vel alios VV. DD. conjecisse. Qui liberaliter cum Curcellaeo agere sibi videntur, concedunt ut tota ejus V. L. farrago pro Lectionibus unius singularis Codicis habeatur, cujus autoritas contra consensum amplius ducentorum aliorum nulla sit: at hoc perquam iniquum est, idque eo minus ferendum, quod viri docti non ignorarunt utique, V. L. maximam partem ex Editione Stephanica A°. 1550. desumtas esse; cum itaque Stephanus ibi quatuor, sex & plures testes producat, cur iidem a Curcellaeo citati pro unico tantum habebuntur? *

5. A°. 1660. Joannes Pricaeus Commentarios edidit in varios N. T. libros, in quibus vulgato Graeco textui non raro Latinam Versionem, aut Codicis Alexandrini Lectionem, aut suas conjecturas praefert. *

6. A°. 1672. Johannes Saubertus Helmstadii edidit in quarto V. L. Textus

Textus Graeci Euangelii S. Matthaei, ex plurimis impressis ac MSS. Codicibus collectas, & cum Versionibus nec non cum Patrum Graecorum Latinorumque Commentariis collatas. Hunc librum Simonius praeter suam consuetudinem laudibus cumulat, unde a Millio summo studio sed frustra quaesitus fuit. Revera autem nihil continet praeter V. L. in Polyglottis & a Curcellaeo jam editas: addit quidem MS. Raviani, Editionis Brylingeri & Matthaei Hebraici, item Versionis Lutheri atque Moscoviticae V. L., sed istae omnes ad veram Lectionem asserendam vix ullius habendae sunt ponderis: in exstremo libro, quod praecipuum erat, adjecit V. L. ex MS. Codice Academiae Juliae nec non Editione Comeliniana Jo. Chrysostomi Homiliarum in Matthaeum: Codicem istum MS. dicit esse antiquissimum litterisque uncialibus sine vocum distinctione ac sine spirituum accentuumque notis in membrana descriptum, majori tamen parte mutilatum. *

7. Ao 1675. Joannes Fell Decanus Aedis Christi Oxonii, & paulo post ad Episcopatum ejusdem urbis evectus, edidit *N. T. & V. L. ex plus* 100 *MSS. Codicibus & antiquis Versionibus collectas*: ut titulus non apposito Editoris nomine testatur. Praefatio ita incipit: „ Dici vix potest, quantas tragoedias excitaverint, hoc praesertim seculo, scriptores nonnulli „ perperam eruditi & partium studiis in transversum acti de V. subinde „ SS. L. Nimirum criminantur, illis deberi, quod nihil certi aut sinceri in Bibliis supersit, si quidem temporis lapsu, haereticorum fraudibus, & librariorum injuria ita comparatum, ut notha & rejectitia irrepserint, quae Textum ipsum mole exaequant, & jam novis oraculis „ divinitus missis opus videatur, ut, quae reapse fuerint divina oracula, „ cognoscamus — Cum vero attentius ea recognosceremus, plane comparebat-- adeo liberaliter a Deo O. M. cum humano genere actum, ut „ necessaria quaeque, & ad salutis summam facientia in S. literis saepius „ repeterentur; ita ut si forte quidpiam minus commode alicubi expressum, id damnum aliunde reparari possit. Quin imo providentia divina ita feliciter invigilatum, ut in tanta, quae praefertur, Lectionum „ varietate, vix unus occurrat locus sic luxatus, & male habitus, ut alicui Fidei articulo fraudi sit futurus. Unde si forte Textuum levissimi „ momenti discrepantiae scrupulum aliquorum animis injecerint, qui interim contemnunt eos, qui extra omnem controversiae aleam sacratissima Dei O. M. praecepta consignant, manifesto apparebit, hoc non a „ pendulae mentis incertitudine, sed profani animi malignitate & obstinatione provenire.—— Insuper si quis secum pensitaverit, N. T. prae „ omnibus fere libris saepissime descriptum fuisse, & mendas, quae in „ exemplar aliquod forte irrepserant, religione quadam (quod alibi non „ obtinet) retentas & propagatas; adeo longe aberit, ut causetur, tot sphal-

„ sphalmata mille & septingentorum annorum decursu cumulata; ut po-
„ tius mirari par sit, tam pauca saltem alicujus momenti intervenisse.
„ Praesertim cum e vulgo quibusvis calamo pariter & manu profanis
„ permissum fuerat sacra ista tractare——

„ Cum ergo Novi Foederis Editionem moliremur, atque in votis es-
„ set, ut legentium quorumcunque usibus responderet, & speciatim il-
„ lorum, qui S. Textus autoritatem elevare nituntur, objectiunculis sa-
„ tisfieret, statuimus MSS. Codices quotquot haberi poterant, diligen-
„ ter recognoscere, & amicorum ope aliunde accersita exemplarium ali-
„ bi gentium repositorum fidem exposcere: porro Versiones veteres Go-
„ thicam & Copticam in subsidium petere, & tandem omnia Lectoris o-
„ culis cum Textu ipso subjicere. Exhibemus ergo, quae Curcellaeus
„ ex Stephano inprimis & Wechelio desumsit, insuper quae Biblia Poly-
„ glotta Anglicana addidere. Porro collationem de novo instituimus,
„ 12. MSS. Bibliothecae Bodlejanae, quorum plerique intacti prius, nec
„ in Polyglottis recensiti. Accedunt Collationes duorum Codicum Us-
„ serii, & trium Petavii, & S. Germanensis &c.

Haec editio Felliana, quod & judicium fuit Simonii, omnes superiores facile superat, ubi praecipue in D. Editore laudamus, quod nihil dissimulandum premendumque sibi, sed aperte *omnia* indicanda judicavit, ut tandem veritas in lucem protrahatur. Varia sunt tamen, quae in hac quoque Editione desiderare licet. Non enim errata tantum Stephani, & quae in Polyglottis remanserunt, hic retinentur omnia, verum etiam Curcellaeus pro altero teste subinde citatur, ubi Stephanum exscripsit. Gothica conversio tanquam a Latina distincta, & San-Germanensis Codex tanquam diversus a Claromontano producitur; in notatione numerorum cardinales pro ordinalibus & vicissim h. e. v. gr. *6.*, modo pro sexto, modo pro senis Codicibus sumuntur; inter Bodlejanos Codices nonnisi Euangelia comparent, Epistolis Apostolicis neglectis; in titulo centum Codicum mentio fit, qui, si accurate numeri supputentur, vix 70. deprehenduntur, iique non totius N. T. sed hujus vel illius tantum libri; festinante praelo major pars testium vel Codicum, quorum V. L. excerptas habuit Editor, in priore parte jam tum praelo subjecta omissa est, nec nisi circa medium vel extremo demum Codice adhibita fuit; denique SS. Patrum testimoniis locus omnino nullus conceditur. Neque sane Cl. Editor existimabat, omnibus numeris opus esse absolutum; hinc est quod veniam petit: „ Boni, inquit, consulat lector, & quae humanitus nobis
„ exciderunt, communis sortis memor candide atque benigne, saltem
„ sine fastu & protervia redarguat". Eodem tempore jam cogitavit „ de
„ Editione secunda adornanda, quae Lectiones, quas collegerat, uni-
„ versas complecteretur grandiori volumine. *

V 8. A°.

8. A°. 1685. Paulus Colomesius Epistola Gallica ad Christoph. Justellum scripta haec pollicitus est: „ Quod si Deus conservare mihi propi-„ tiam voluntatem suam voluerit, Romanam Editionem LXX. Interpretum „ typis iterum subjiciam, una cum Novo Testamento Graeco multis in „ locis correcto".

9. Richardus Simonius edidit A°. 1689. Historiam Criticam Textus, A°. 1690. Versionum, atque Commentatorum N. T. atque A°. 1702. Versionem Gallicam N. T. juxta Editionem Latinam. Ex cujus viri scriptis, qui praecipua sagacitate fuit, & Bibliothecas Parisienses Regiam atque Colbertinam longo tempore frequentavit, multa peti possunt subsidia ad veram Lectionem subinde eruendam. *

10. Ao. 1707. Joannes Millius Oxonii edidit N. T. Graecum cum V. L. typis elegantissimis. Hic vir Cl. unus labore triginta annorum plus praestitit, quam omnes qui ipsum aetate praecesserunt. Codices MSS. Anglicanos plerosque ipse inspexit, & de novo contulit, Versiones consuluit, Patres Graecos & Latinos perlegit, & per amicos quoque undecunque potuit, subsidia comparavit. Judicium etiam suum, prout res ferebat, interposuit, atque ita tandem insigne istud ac praeclarum opus, hortante Eduardo Bernardo, & Joanne Episcopo Oxoniensi, ac jubente etiam Anna Regina, ad umbilicum perductum, in publicum exire passus est.

At ne istud quidem tale ac tantum opus suis caret naevis: Nam, ut taceam plurima in Codicibus, Patribus, Versionibusque Millii diligentiam fugisse; Cl. item Editorem sibi non ubique constare, & saepius in Prolegomenis eam Lectionem admittere, quae ab ipso in notis Textui subjectis rejecta fuerat, quod Lectori incommodum quidem, sed in Editore humanum est; non millies tantum sed decies millies Patrum aliquem vel MS. vel Versionem falso citat, sive erratis typothetarum sive aliter utcunque deceptus; uti inter legendum collatis Origenis, Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti & Versionis Syrae &c. verbis comperi. Illud etiam in testimoniis Patrum a Millio adductis desideramus, quod libros indicare, ex quibus singula petiit, plerumque neglexit.

Illud vero nequaquam ab hujus Viri acri judicio exspectandum erat, ut Italicae Versioni h. e. indoctis, nescio quibus Interpretibus, certe Idiotis Afris plus tribueret, quam consensui omnium Graecorum & Codicum & Patrum, Versionumque reliquarum; etiam iis in locis, ubi nova Hieronymi Versio ab antiqua recessit, & ubi tota Ecclesia Latina Veterem Interpretem deseruit. Ejusdem commatis est, quod Lectiones unius alicujus singularis Codicis, qui neque antiquitate neque ulla alia ratione sese commendabat, frequentissime pro genuinis habere non dubitavit; quod etiam Codicibus Graecis, a Latinis librariis manifeste interpolatis,

ſatis, nimium tribuit, & has ipſas interpolationes pro vero Textu habuit, quod denique in recenſione Editionis Complutenſis & Eraſmianae quae, quia ex his omnes ſequentes procuſae fuere, praecipue accuratam atque fidelem deſcriptionem merebantur, ſuo indulgens vivido ingenio omnia usque ad minutiſſimas res confixit, adeo ut in tota ea narratione vix vocula quidem vera ſit. *

11. Ao. 1709. Ludovicus Kuſterus Amſtelaedami Editionem ſecundam N. T. Milliani curavit, & V. L. ex duodecim MSS. codicibus adjecit, itemque praefationem luculentam, unde ſequentia excerpimus: „ Neque „ enim, inquit, illos quicquam moror qui omnem Criticam, tanquam „ non inutilem ſolum, ſed etiam periculi plenam a S. Script. removendam „ cenſent, qui quidem homines quid ſibi velint, ipſi ignorare videntur, „ neque ſatis animadvertere, quam facile copiae illorum in anguſtum co- „ gi poſſint. Quid enim an negabunt dari Variantes Lectiones N. T. an „ vero affirmabunt primos Editores N. T. & inter eos praecipue Ro- „ bert. Stephanum (cujus Editio prae aliis recepta eſt) divino afflatu & „ inſtinctu praeditos fuiſſe, ne in diſſenſione Codicum MSS., quos ad „ manum habebant, a vero Textu Apoſtolico unquam aberrarent? Equi- „ dem & verecundioris frontis & ſanioris judicii fore exiſtimo, quam ut „ vel illud negare, vel hoc affirmare auſint.

„ Si igitur dantur V. L. Novi Teſt. (quod concedere neceſſe eſt) num „ bonum factum putabunt, eas negligere aut ſuppreſſum ire? Atqui ſi hoc „ ipſis perſuaſum eſt, omnes cordatiores ſeorſum ab illis ſenſuros eſſe „ non dubito. Vel enim Variantes illae Lectiones ſunt alicujus momenti „ vel nullius. Si alicujus ſunt momenti, quae invidia ne dicam impietas „ fuerit, pretioſas illas antiquitatis reliquias ſupprimere, ex quibus vera „ & Archetypa Textus Sacri lectio ſaepe erui poterit? ſi nullius ſunt mo- „ menti, quid cunctantur ea in lucem proferri, unde non ſolum cauſae „ Religionis Chriſtianae nullum imminet periculum, ſed etiam quae ma- „ ximum ad ſtabiliendam ejus veritatem adjumentum adferre poſſunt? „ Quid enim autoritatem Textus Sacri magis confirmare queat, quam „ mirificus tot Codicum MSS., Verſionum, Patrum, aliorumque ſcri- „ ptorum veterum conſenſus, qui (quod ad ipſum Textum attinet) leviter „ tantum & exiguo admodum diſcrimine inter ſe diſcrepent?

Hic tamen illud adnotandum videtur, quod non ſolum omnia Millii errata retinuit, ſed negligentia Typothetarum complura alia, eaque foediora accedere paſſus eſt. *

12. Ao. 1710. Daniel Whitby S. T. P. edidit Londini in folio *Examen Variantium Lectionum Johannis Millii in N. T.*; in quo opere ſicut diligentiam & zelum Venerabilis iſtius ſenis depraedicamus, ita non poſſumus non fateri illum, quantum judicio noſtro aſſequimur, in aliis argu-

mentis felicius versatum fuisse. Quo animo ad istud examen se accinxerit, in ipso Titulo ter prodidit, dum asserit; *Lectionem Textus hodierni in omnibus defendi posse.* Sine dubio omnia defendi possunt, si quis sibi hoc ante omnia proposuerit, ne nihil non utcunque defendendum esse putet; at longe aliter judicasset V. Cl. si scivisset, quam parum editores hodierni Textus olim ad istud opus parati instructique accesserint, & quantum sibi temere autoritatis sumserint, quod nos, ni fallor, jam in clarissima luce collocavimus.

Accidit autem Whitbyo, quod plerisque solet, ut ardore disputationis abreptus veri limites paulo longius excederet: dum integro libro primo probare conatur, neque ex Codicibus Graecis a Latinis librariis exaratis, neque ex Versionibus certo colligi posse, quid vel olim in Codicibus vere Graecis lectum fuerit, vel nunc legendum sit? Nam 1. argumenta ab ipso allata aut nihil omnino aut nimium certe probant, nimirum hodie nos de vera Lectione omnino certos esse non posse. Nihil enim facilius est, quam eodem argumentandi modo, quo ipse autoritatem Patrum, Versionum & Codicum Occidentalium convellit, etiam ipsam Codicum a Graecis scriptorum fidem convellere, & varia etiam graviora contra ipsorum testimonium dissentiendi studio fingere dubia. Sed quid hoc tandem aliud est ac merum Pyrrhonismum introducere, id quod minime omnium V. Cl. intenderat? Quibus propter nodos quosdam atque difficultates naturae harum rerum adhaerentes protinus omnia in dubium vocare placet, laborant

Cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant.

2. Assertionem libri primi non ita rigido sensu sumendam, sed benigna interpretatione molliendam esse ipse Autor docet, cum in praefatione, ubi in regulis genuinam Lectionem cognoscendi, testimonium Patrum, Versionum & Scholiorum praecipue valere pronunciat: tum in toto libro secundo, ubi autoritate Patrum Graecorum Latinorumque, & Versionum, hodiernum Textum contra Millium tuetur; nunquam sane tam molestum laborem suscepturus, si serio credidisset, nihil *certi* ex istis fontibus hauriri posse. Nisi quis dicat, testimonium Patrum Versionumque valere quidem pro Textu Typographorum, contra eundem vero esse infirmum atque invalidum; quod nemini nisi praeconceptis opinionibus occoecato in mentem venire potest.

13. Ao 1711. exiit Amstelaedami ex Officina Wetsteniana N. T. ex Oxoniensi supra n. 7. descripto expressum. Accesserunt in hac Editione, praeter locorum parallelorum uberiorem copiam, V. L. ex Codice Caesareo a D. Georgio a Mastricht Syndico Bremensi excerptae, & Canones,

nes Critici, quibus singulae Variantes earumque valor aut origo examinatur. Qui Canones, quantum ex usu eorum ab autore indicato constat, in eum finem facti videntur, ut Lectio Textus hodierni ubique locorum defenderetur: quod si vero recte quis eosdem adhibere novit, revera typis vulgatam Editionem frequentissime redarguere atque damnare intelliget.

Longe vero aliud prius intenderat doctissimus Editor, quod in praefatione ad Lectorem ita exponit: „Quum praestantissimi in N. T. o-
„ peris Milliani primum mihi facta esset copia, qui tunc de recudendo in
„ forma minori eodem Novi Foederis libro, eoque locis parallelis & V.
„ L. instructo cogitabam, incessit animum ardor, ex tam operosa col-
„ lectione *praecipuas* seligendi, ut moli consulerem. Verum quum huic
„ delectui instituendo si vel par essem, tempus mihi defuturum viderem,
„ inter doctos quaesivi frustra, qui manum operi admovere vellet, licet
„ haud obscure indicarem, labori pretium me constituisse minime modi-
„ cum.—— Illud mirari satis nequeo, inter tot myriades Variantium
„ tot numerari nugas, stribligines, exscriptorum sphalmata non solum
„ manifestissima, sed & portentosa, imo &, quod stupeo, crassissima
„ menda typographica: ita ut explosis omnibus istis titivilitiis atque pa-
„ leis, nec centesima quaeque supersit lectio *alicujus momenti*.

Nos igitur consilium τȣ̃ μακαρίτȣ amplexi, & quod ipsi superstiti ante multos annos promisimus, jam exsolvere conantes, praecipuas V. L. selegimus, & quascunque recepto Textui vel praeferendas vel aequiparandas vel accuratius doctis expendendas judicavimus, Lectoris oculis fideliter atque diligenter in postrema hac Editione subjici curavimus.

CAPUT XV.

De Claris Interpretibus magnaeque autoritatis inter Protestantes viris, & quid illi de V. L. senserint.



PRimum produco Martinum Lutherum, celeberrimum Bibliorum Interpretem; cujus Editionem N. T. hic recenseo, non quasi vera Lectio inde vel erui vel confirmari possit, sed ad molliendos quorundam animos, qui dum se hodie pro γνησίοις ipsius discipulis venditant, ab ipsius animo tamen longissime recedunt, quippe qui vel cum ipso sentientes vel levius ipso certe errantes ne tolerare quidem velint, & Editionem hujus vel illius typographi, qua vulgo utuntur tanquam de coelo delapsam ea superstitione venerantur, ut si quis in ea judicio critico adhibito vel verbulum vel literam vel apicem immutare audeat, statim tanquam impium convitiis proscindant, & haereseos magna acerbitate insimulent. Tales qui sunt rogamus, ut serio perpendant, quid Lutherus, minime omnium ab eruditione aut Codicibus MSS. aut aliis subsidiis instructus, sibi in isto negotio permiserit; quod si in illo viro ferendum esse judicant, summa iniquitas est, nisi etiam de aliis in simili re mitius sentiant.

Lutherus igitur, 1. Inter libros sacros alios aliis longe praeposuit, quosdam vero non dubitavit omnino rejicere; , Ex his, inquit, poteris di-
, judicare, quinam ex istis libris sint praestantiores, nimirum Joannis E-
, uangelium & Pauli Epistolae; hi sunt omnium quasi nucleus & medulla
, —Joannis Euangelium est unicum illud genuinum ac primarium Euan-
, gelium, tribus reliquis longe multumque praeferendum atque plurimi
, faciendum: sicut etiam Pauli & Petri Epistolae, tria Euangelia Mat-
, thaei, Marci & Lucae longo intervallo post se relinquunt. S. Jacobi
, Epistola respectu horum est vere straminea Epistola, neque enim indo-
, lem Euangelicam arguit'. Epistolis ad Hebraeos, Jacobi, Judae & Apocalypsi, quos libros ad calcem rejecerat sequentia praefatur: , Hucus-
, que habuimus genuinos praecipuos Libros N. T., de quatuor sequenti-
, bus autem Veteres longe aliter judicarunt. Et primo quidem quod E-
, pistola ad Hebraeos neque Pauli neque alius Apostoli sit, ex eo proba-
, tur &c. — Meam sententiam nemini obtrudam, tantum dicam me
, Epistolam Jacobi non existimare esse scriptum Apostolicum, ob hanc
, rationem, primo quia directe contra Paulum & omnem Scripturam o-
, peribus justificationem tribuit; denique Jacobus iste ita confundit om-

, nia

, nia ac permiscet, ut mihi vir bonus aliquis ac simplex fuisse videatur, qui
, arreptis quibusdam dictis discipulorum Apostolicorum ea in chartam
, conjecerit &c. Epistolam Judae nemo negare potest esse compendium
, atque exemplar secundae Petri, cum fere omnia verba congruant, ide-
, oque non necesse est, ut libris praecipuis N. T. connumeretur. — In
, libro Apocalypseos patior quemque uti judicio suo, neque meae sen-
, tentiae quenquam adstrictum volo, tantum dicam quod sentio, non una
, est ratio, quae me coëgit, ut neque Apostolicum neque profeticum librum
, esse crederem'. Qui haec concoquere atque ferre possunt, videant ne interim culices liquent, dum camelos deglutiunt. 2. Saepe autoritatem Versionis Latinae, aut Erasmi, aut suam conjecturam Graeco Textui praeposuit. Rom. XII. 11. cum Erasmo legit καιρῷ. I. Tim. III. 16. cum Latina Versione, *quod.* II. Pet. II. 13. cum eadem ἀγάπαις. Jo. IX. 8. cum Vulgata & Erasmo legit πτωχός. Ex conjectura sua legit: *Maharam Motha*, *Bnehargem*, *Belial*, *Beelzebub*. Act. XIII. 6. *Bariehu:* notatque in margine: , Quomodo autem *Bariehu* reddatur *Elimas*, adhuc la-
, tet: neque certum est, annon Textus hic corruptus sit'. Vers. 20. *CCC.*
, legit in editione Anni 1545. addita in margine nota: , Quidam Tex-
, tus habent *CCCC.* Sed historiae & supputatio annorum non patiun-
, tur. Error est librarii, *quatuor* pro *tribus* scribentis, quod in Graeco
, facile fit'. Marc. XV. 25. in margine haec habet: , Quidam vero pu-
, tant Textum hic per librarios corruptum esse, ita ut loco literae ς.,
, quae Graecis *sex* significat posita fuerit litera γ., quae *tria* significat,
, quoniam sibi invicem non valde sint dissimiles'. I. Tim. II. 15. legit: *si maneat*, cum Latino, hac nota addita: , Sive legatur *maneat* sive *maneant*
, perinde est, sermo enim est de uxoribus non de liberis, ut quidam hic
, se frustra torquent'. Jo. XVIII. 14. haec habet in margine: , Hic de-
, bebat legi versus qui infra sequitur 24. Hoc a scriba folium vertente
, transpositum est; ut saepe fit'. Etiam Luc. XI. 53. & Jo. XIX. 34. Latinam Versionem contra Graecum Textum secutus est. 3. Porro inter duas Lectiones Graecas, lectione hodie Vulgata rejecta, alteram praetulit. Hinc est quod locum celebrem I. Jo. V. 7. cum Erasmo omisit; & licet illum in Latina Versione videret, licet clamores contra Erasmum audiret, quibus ille territus hunc locum in tertia editione Textui inseruit, licet etiam Tigurini (qui Versionem Lutheri tum ad suum tum ad Graecum idioma deflexerunt) idem facerent: Lutherus tamen adduci non potuit, ut se vivo atque superstite ille locus in Textum reciperetur: Et ne quis existimet, ipsum forte haec omnia latuisse, notandum quod verba: *in terra*, in Editione A°. 1545. in Textum ubi primo non comparebant admiserit; omissis constanter verbis de triplici testimonio coelesti. In eadem Editione in Jo. IX. 8. ad marginem notat: „ Quidam Textus etiam

„hic

„ hic habet, *quod coecus erat*". 4. Si quis varias ejus Editiones consulat, videbit quod non in eadem sententia perstiterit, sed varie legendum esse judicaverit; cujus rei exemplum est additio, cujus modo mentionem fecimus, verborum *in terra*. Item I. Tim. III. 16. in Textum recipit vocem *Deus* Ao. 1545. in margine tamen notavit: „Quidam non habent „ *Deus*". Tit. III. 3. in prioribus Editionibus vocem συνητοὶ converterat, in posterioribus vero nescio qua de causa omisit: ita Matth. VIII. 12. & XXV. 30. prius habuerat: *tenebras exteriores*, postea ἐπιθέτον *exteriores* omisit. 5. Variantes Lectiones Margini Editionis Germanicae 1545. adjecit, uti vidimus. 6. Hinc inde voces aliquas, imo, teste Polano, versus integros neglexit, aut aliter vertit, quam sensus postulabat; unde tamen concludendum non est, ipsum aliis usum fuisse exemplaribus; v. gr. cum Matth. XXV. 21. & 23. vocem Ey quae admirationem significat, habeat, non existimandum est, ipsum in Graeco legisse βαβαὶ, vel simile quid; sed cum videret Graecum εὖ a Latinis retineri, etiam ipse retinuit, licet sensum longe alium fundat. 7. Post Lutheri mortem Versio ejus in Vulgatis Editionibus seu studio seu incuria multas Variationes passa est; locus I. Jo. V. 7. jam ubique extat, atque legitur contra mentem Lutheri. Alias quinquaginta variationes enotarunt Hallenses, quibus plures addi possent. *

II. Joannes Oecolampadius, in prima Editione N. T. Erasmi Correctorem egit; postea ipse A°. 1524. mense Augusto N. T. ad Erasmianam tertiam Editionem (quae ab hodiernis exemplaribus in plurimis recedit) conformato praefationem saepius recusam praefixit. Commentario in Joannem Cap. VIII. notat: „ Ea quae habentur de muliere adultera apud „ quosdam non haberi". *

III. Wolfgangus Fabricius Capito Erasmi operam in N. T. edendo collocatam utroque pollice probavit. De quo Erasmus A. 1516. nonis Junii Joanni Episcopo Roffensi ita scribit: , Novum Testamentum cum , tibi destinassem, cur mutato consilio summo Pontifici inscripserim, literis meis jam pridem exposui. Timebatur hoc opus antequam prodiret; caeterum editum mirum est, quam probetur omnibus etiam Theologis vel eruditis vel integris & candidis. Prior Friburgensis vir summae autoritatis apud suos—cum degustasset opus ait, se malle carere ducentis florenis aureis quam eo libro. Lodovicus Berus Theologus Parisiensis — exosculatur, adorat, ac deplorat tot annos in scholasticis illis conflictatiunculis consumtos. Idem sentit Vuolphgangus Capito concionator publicus Basiliensis vir Hebraice longe doctissimus: ad haec in theologica palaestra exercitatissimus, uterque Graecis literis sedulo dat operam'. Eadem repetit Epistola ad Henricum Bovillum Cal. Sept. ejusdem Anni scripta.

IV. Mar-

IV. Martinus Bucerus Commentario in IV. Euangelia Variarum Lectionum mentionem facit, sed ita ut in dubio relinquat, quae potissimum praeferendae sint. In Matth. I. 8. , Ecquis sciat, inquit, si forte negligenter adeo hujus generis pleraque non maximi momenti Sacri scriptores attigerint, ut ad magis seria nos invitarent? — Ordo certe & numerus majorum Christi res externa est, ad salutem per se nihil faciens, quare circa ea si Euangelista parum curiosus fuit, id ab instituto Apostolico alienum non est'. Vers. 11. ,Duos *Jechonias* fateamur oportet, aut quod scriptorum vitio pro *Jojacim* patre Jechaniae irrepserit *Jechonias*. Nam Faber Stapulensis, eruditione & pietate venerandus senex, meminit hoc loco ex veteri quodam Archetypo Graeco priore loco, ubi nos *Jechonias* habemus, legi *Jojacim*'. Matth. VI. 13. ,Haec coronis, sive addita a Domino, sive postea adjecta a quopiam fuerit, pia & secundum Scripturam est'. ibid. ,Latina Lucae exemplaria quaedam praetermittunt, quae in Matthaeo habentur, nempe, *noster qui es in coelis, fiat voluntas tua in terra sicut in coelo*, & *libera nos a malo, quia tuum est regnum &c.* Graeca exemplaria, sive ex Matthaeo haec postea adjecta sint, sive Lucas ita scripserit, & mutili sint codices Latini, omnia ut Matthaeus habent. Si tamen a Luca praetermissa illa essent, nihil tamen esset detractum sententiae'. In Joann. VIII. ,Haec historia non est attacta a Nonno, qui perpetuam tamen Paraphrasin in Euangelion hoc Joannis conscripsit, sed nec a Chrysostomo aut Vulgario, qui iidem perpetua enarratione ipsum explicarunt; id argumento est, quod eorum temporum Ecclesiae non agnoverint parem aliis historiis, quas in hoc Euangelio legimus.

V. Conradus Pellicanus Vulgatam Versionem Latinam pro Textu sumsit, in reliquis crisi Erasmi subscripsit, de δοξολογίᾳ &c. Jo. VIII. „Hucusque, inquit, Historia de adultera muliere, quae a plerisque creditur inserta".*

VI. Henricus Bullingerus Erasmum praecipue secutus est, ejusque severam Crisin in eos, qui δοξολογίαν in Textu Matthaei addiderunt, in suos Commentarios transscripsit. *

VII. Wolfgangus Musculus in I. Cor. VII. 34. duplicem lectionem explicat. In XII. 2. , Quaedam, inquit, exemplaria Graeca non habent , ὅτι. Sic Lectionis varietas varium sensum gignit. *Scitis*, inquit. Quid eos scire dicit? Aut quod fuerint Ethnici Idololatrae, aut quod cum antea essent Ethnici ad simulacra muta fuerint abducti. Posterior & Lectio & sensus magis probatur. Haud enim tam magni momenti erat, in memoriam illis revocare, quod fuerant Ethnici, priusquam Christiani fierent, quam quod, cum Ethnici essent, ad simulacra muta fuerint abducti'. XVI. 31. ,Chrysostomus legit ὑμέτερον; existimo tamen

X , eam

, eam Lectionem non esse germanam'. *

VIII. Joannes Calvinus in Matth. I. 8. ,Quod XIIII. solum leguntur, in-
, quit, librariorum vitio & incuria esse factum verisimile est'. Rom. XII.
11. legit καιρῷ. I. Jo. V. 7. , Hoc totum a quibusdam omissum fuit;
Hieronymus existimat malitia potius quam errore id fuisse factum: &
quidem a Latinis duntaxat: sed quum ne Graeci quidem Codices inter
, se consentiant, vix quicquam asserere audeo'. II. Pet. I. 3. ,Receptior
, quidem Lectio est *per gloriam:* sed quia quidam Codices habent ἰδίᾳ
, δόξῃ, hoc est, *propria gloria:* atque ita reddidit vetus Interpres, hanc
, Lectionem amplecti malui'. I. Cor. X. 29. , Alii Codices iterum habent
, sententiam illam: *Domini est terra*, sed verisimile est, quum apposita es-
, set ad marginem a lectore, obrepsisse in contextum, quanquam in eo
, non multum est momenti'. Heb. IX. 1. , Quaedam exemplaria ha-
, bent πρώτη σκηνὴ, *primum Tabernaculum*, sed mendum esse existimo in
, Tabernaculi nomine, nec dubito, quin aliquis indoctus lector, quum
, adjectivum sine substantivo legeret, pro sua inscitia ad Tabernaculum
, referens, quod de foedere dictum erat, σκηνὴν perperam addiderit.
, Invaluisse vero errorem illum, ut magno consensu ita legatur apud Grae-
, cos, valde quidem miror; sed necessitas cogit vetustam Lectionem se-
, qui'. Heb. XI. 37. ,Quod dicitur *fuisse tentatos*, videtur esse superfluum:
, nec dubito, quin similitudo duarum vocum ἐπρίσθησαν & ἐπειράσθησαν in
, causa fuerit, ut secunda male ab imperito quopiam lectore addita, pau-
, latim obrepserit in Textum: sicuti etiam Erasmus divinat'. Jacob. IV.
2. , Ubi quidam Codices habent φονεύετε, non dubito, quin legendum sit
, φθονεῖτε quemadmodum transtuli. *Occidendi* enim verbum nullo modo
, aptari potest ad contextum'. V. 12. , Varia est Lectio propter vocum
, affinitatem ὑπὸ κρίσιν, εἰς ὑπόκρισιν, si legas *in judicium* vel *in condemna-*
, *tionem*, sensus erit clarus, — sed non male quadrabit *in simulationem'*.
Matth. XXVI. 9. ,Quomodo *Hieremiae* nomen obrepserit, me nescire
, fateor, nec anxie laboro, certe *Hieremiae* nomen positum esse pro *Za-*
, *charia* res ipsa ostendit; quia nihil tale apud Hieremiam legitur, vel et-
, iam quod accedat'. *

IX. Simon Grynaeus, cujus manu propria illustratum N. T. Graecum, Editionis Argentorat. 1524. in 8°. extat in Bibliotheca Feschiana; ibi locus I. Jo. V. 7. non tantum omittitur, sed manu Grynaei ad versus octavi vocem πνεῦμα, notatur: *Deus, quia Deus Spiritus est*, Augustin. 206. 522. ad vocem ὕδωρ: *Spiritus, aquae fluent de ventre, cujus signum aqua e latere*; ad vocem denique αἷμα: *Filius, & verbum caro factum est, cujus signum sanguis e latere*; Manifesto indicio, versum 7. a Grynaeo pro genuino non fuisse habitum. *

X. Sebastianus Castalio, lectiones Colinaei editioni Erasmianae frequenter praeposuit. *

XI. Aman-

XI. Amandus Polanus in titulo N. T. Germanice A. 1603. editi testatur, se N. T. cum optimis impressis, & in membrana descriptis vetustis Graecis exemplaribus contulisse, atque summa fide recognovisse. In praefatione, praeter editiones Stephanorum & Bezae, citat etiam Euangelistarium MS., quod Joannes Lascaris Francisco I. Regi obtulerit, in obsidione vero Parisiensi in manus Leonis Curionis Basiliensis pervenerit, (hodie ni fallor in Bibliotheca Brunsuicensi extat) citat porro tres Codices MSS. Basilienses, supra Cap. V Sect. III. num. 1. 4. & 5. Var. Cod. descriptos. Unde factum, ut plurimis in locis non tantum a Lectione Germanica Lutheri, verum etiam a Graeco vulgato Textu recedat; licet, qua autoritate adductus quidque mutaverit, suis locis annotare neglexerit. *

XII. Joannes Piscator eodem tempore integrum Bibliorum Codicem in Germanicam linguam convertit, atque in subjectis explicationibus mutatae lectionis caussam reddidit; vide Matth. I. 10. Luc. II. 14. Rom. XII. 11. II. Pet. III. 15. Prolixius vero haec eadem in Commentariis Latinis pertractavit. *

XIII. Richardus Baxterus, acri judicio Theologus, in Casibus Conscientiae Anglice scriptis, P. III. p. 174. haec habet: , Non est, inquit, ad , salutem necessarium, ut quis credat singulos libros aut versus Scripturae esse canonicos, aut scriptos per Spiritum Dei. — Si liber aliquis periret, aut in dubium vocaretur v. gr. Epistola Judae &c. non inde sequeretur, una cum ipso omnem veram fidem spemque salutis perituram. Controvertitur, utrum locus I. Jo. V. 7. aliique quidam versus sint canonici necne, quoniam in quibusdam exemplaribus Graecis reperiuntur, in quibusdam omittuntur. Verum quicunque in hoc tantum errat, salvari poterit'. Et p. 187. , Qui dicunt Deum ita conservasse Scripturam, ut nullae in ea V. L. aut dubii Textus, utque nullum scriptum aut typis editum exemplar corruptum sit (cum tamen narrante D. Heylino, Typographus Regius edidisset Praeceptum septimum: ***Committes adulterium,*** isti modum excedunt in veneratione erga Codices Sacros'. *

XIV. Joannes Clericus N. T. Gallice versum edidit Amstelodami A. 1703. in praefatione profitetur: Si MS. Alexandrinum fuisset editum, se id ad literam fuisse redditurum, cum sit omnium Codicum iste antiquissimus. Hinc inde autem & V. L. mentionem facit, & receptae Lectioni aliam in Textu substituit; ut jam non dicam, quod etiam ex ingenio subinde emendationes in medium protulerit. *

XV. Joannes Lockius edita in quinque priores Epistolas Paulinas Paraphrasi Anglica cum Scholiis aliquoties a Lectione recepta, autoritate Codicis Alex. aut Clarom. aut alterius, interdum etiam conjectura fretus, recedit. *

XVI. A°. 1720. Viri Rev. Fridericus Battierius & Theodorus Gernlerus, Pastores Basilienses, cum privilegio Civitatum Euangelicarum Helvetiae, & cum approbatione Facultatis Theologicae Basil. ediderunt Biblia Lutheri cum Scholiis, in quibus non raro ad V. L. addita interdum Crisi provocant. v. gr. , Jo. VIII. Dubitant aliqui, inquiunt, utrum
, 11. priores versus hujus capitis, & vers. 53. praecedentis, adeoque
, tota Historia mulieris adulterae ad Euangelium Joannis pertineat, quia
, in multis Graecis exemplaribus & in Versione Syra non reperitur, ejus-
, que nulla mentio fit apud Origenem, Clementem Alex. & Nonnum,
, neque explicatur a Chrysostomo & Theophylacto, qui tamen in totum
, Euangelium Joannis scripserunt. Beza hanc Historiam pro valde su-
, specta habet, Annot. in Jo. VII. 53. Calvini de ea judicium hoc est;
, Satis constat, historiam hanc olim Graecis fuisse ignotam: itaque non-
, nulli conjiciunt, aliunde assutam esse; sed quia semper a Latinis Eccle-
, siis recepta fuit, & in plurimis vetustis Graecorum Codicibus reperitur,
, & nihil Apostolico spiritu indignum continet, non est, cur eam in u-
, sum nostrum accommodare recusemus. vers. 9. in Graeco Textu ad-
, ditur: καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. ib. hic iterum in Graeco Tex-
, tu additur: ἕως τῶν ἐσχάτων. Act. IV. 36. *Joses.* in marg. quaedam
, exemplaria habent *Joseph.* VII. 16. ***Abraham***; quidam conjiciunt per
, errorem nomen ***Abrahae*** pro *Jacobo* positum esse. XIII. 20. ***annis*** 350.
, in plerisque Graecis exemplaribus extant ***anni*** 450. quoniam vero hoc
, cum Chronologia non congruit existimant aliqui, a librario in numeris
, aberratum fuisse —— Bonum autem factum, quod ab hoc similibusque
, calculis nullus articulus fidei pendet. XX. 28. ***Dei*** in variis veteribus
, Graecis exemplaribus extat: ***Domini***: i. e. Jesu Christi, ut Rom. XVI.
, 16. Matth. XVI. 18. XXII. 20. ***Martyris***, in quibusdam MSS. extat:
, *Protomartyris.* XXIII. 23. δεξιολάβους; in quibusdam MSS. extat δε-
, ξιοβόλους. Rom. XII. 11. *Servientes tempori.* Alii *Servite Domino.* I.
, Cor. XI. 10. διὰ τοὺς ἀγγέλους. Alii vertunt: *propter Ecclesiam*, vel
, quamdiu profetant, acsi scriptum esset διὰ τῆς ἀγγελίας. Gal. I. 6. *Chri-*
, *sti.* Syra Versio habet *Christo* in ablativo, i. e. a Christo, qui vos vo-
, cavit. Heb. IX. 14. *per Spiritum Sanctum.* Graeci *per Spiritum ae-*
, *ternum* &c. vers. 1. *primum testamentum* vel *foedus.* Quaedam Grae-
, ca exemplaria addunt *tabernaculum.* II. Pet. I. 4. *per quae.* Alii legunt:
, *per quem*, nimirum Christum. Jac. V. 12. εἰς ὑπόκρισιν. Alii vero hic
, in Textu non legunt ὑπόκρισιν sed ὑπὸ κρίσιν, ut significet; ne *in judi-*
, *cium* incidatis. Versio Syriaca, Vulgata. Pagnini, Beza, Polanus,
, Piscator, Diodati, Genevenses &c. Ita vertit Cassiodorus Reinius in
, Hispanica translatione: *Porque no caygays en condemnacion.* Judae 25.
, quaedam MSS. & versio Latina addunt: *per Jesum Christum Dominum*
, *nostrum.*

„ *nostrum.* I. Jo. I. 8. in quibusdam exemplaribus pro σκοτία extat σκιά. V.
„ 7. Quamvis iste locus neque in omnibus vetustis exemplaribus Graecis,
„ v. gr. ne in unico quidem exemplari Stephani, quorum septem Episto-
„ lam Joannis continebant, neque in Syra, Arabica, & Aethiopica ver-
„ sione extet, in multis etiam Latinis Codicibus omittatur, & a Cypri-
„ ano tres testes terrestres de tribus divinis personis intelligatur, Facund.
„ l. 1. Def. Tr. Cap., ideoque a multis non eorum tantum, qui S. Tri-
„ nitatem negant, verum eorum etiam, qui illam credunt, in dubium
„ vocetur, a plerisque tamen doctis pro authentico habetur, quia in mul-
„ tis probatis exemplaribus extat, & cum praecedentibus & sequentibus
„ verbis congruit, ut videre est apud Calvinum in h. l. Hoc certum est,
„ rem ipsam in hoc loco contentam, Scripturae S. consentaneam, & in
„ ea tam firmiter fundatam esse, ut etiamsi hoc loco careremus, justas
„ nihilominus & sufficientes haberemus S. Trinitatem credendi causas'. *

CAPUT XVI.

Animadversiones & Cautiones ad examen Variarum Lectionum N. T. necessariae.

I. *OMnibus modis curandum est, ut habeatur Editio N. T. quam emendatissima.*

Non equidem negarim, quin, ex his qui ad notitiam nostram pervenerunt, qualescunque seu typis seu manu descripti Codices aut Versiones sufficere possint, ut attentus ac veri studiosus & candidus Lector omnia Christianae Religionis praecipua Capita inde cognoscat: Neque propterea tamen aut fidelem atque accuratam conversionem impurae, aut Editionem emendatam minus emendatae non praeferendam, sanus quisquam omnino contenderit. Cum vero viri docti pene nihil reliquum fecisse videantur, quod ad caetera antiquorum monumenta emendanda pertineret, apparet utique, quo pretiosiores sunt Sacri Codices, eo majori cura ac diligentia adnitendum esse, ut his quam integerrimis uti queamus.

II. *Ut vero emendatiorem ἔκδοσιν N. T. aliquando habeamus, omnia subsidia adhibenda sunt, quae Critica Ars suppeditat.*

Non quin nesciam, haud paulo religiosiori manu Sacros quam caeteros Codices tractandos esse, sed quod non apparet, unde alioquin exspectare nobis hanc medicinam liceat, posteaquam semel illi minus religi-

ose ac certe incuriosius habiti fuerunt; nisi quae in persanandis male affectis aut Patrum Ecclesiae scriptis, aut profanis quoque autoribus integritati pristinae restituendis, Philologi ac Critici magno literarum commodo, ac felici admodum successu, remedia in usum vocarunt, eadem omnia ad Sacrorum quoque Codicum correctionem adhibuerimus. Nimis enimvero a casta religione & sana ratione abiret, si quis patronus ignorantiae atque inertiae existeret, qui persuadere omnibus audacter conaretur, solo in Textu verbi divini licuisse librariis ac Typographis impune grassari, Textumque semper sicut est corruptum ac depravatum pluribus locis in vulgus edendum esse: Neque item fas esse viris doctis ac βιβλιοφίλοις eundem a corruptionibus id genus diligenter vindicare ac perpurgare. Quo pacto certe deterior esset conditio veritatis quam erroris.

Haec fuit etiam Augustini Sententia: „ Codicibus, inquit, emendan- „ dis primitus debet invigilare solertia eorum, qui Scripturas divinas nos- „ se desiderant"; de Doct. Christ. l. 2. c. 14. quam eo magis urgemus, tum ut λεξιθηρεῦντες Scripturae interpretes tandem desinant arenae montes imponere, etymologias sectari, & in hac vel illa Lectione singularem emphasin quaerere, quae ne quidem Scriptorum Sacrorum sed Librariorum est: tum imprimis ut per hoc studium biblicum animi hominum ab inutilibus, imo etiam noxiis occupationibus avocentur. Ex quo enim in certam formam redigi coepit Theologia, multi Doctores adeo adstringunt juventutem ad technica vocabula, quorum interpretationem sibi solis vindicarunt, ut pene sacram Scripturam attingere non vacet miseris, dum inter se interim de sensu genuino istarum vocum, hoc est de umbra asini magnis clamoribus multisque conviciis ultro citroque jactis, tanquam pro aris ac focis pugnant; imo quod pejus est, sunt qui mysteria Apostolis incognita sciunt, & ea Christianis obtrudunt, quae Christus Magister nusquam praescripsit, dum interim prima elementa literarum Apostolicarum penitus ignorant, nedum ut de ratione scribendi veterum cognoscenda, aut de variis Librariorum erroribus tollendis vel per somnium quidem cogitent.

III. In typis expressis Codicibus Praescriptio locum non habet.

Quam plurimi sunt, qui nos jam securos esse atque in vulgata Editione acquiescere jubent: hanc quippe per aliquot secula esse quasi usu captam, adeoque omnibus modis defendendam, ejus veluti praescriptione partam & communi consensu confirmatam autoritatem, & sane Lectionem Textus hodierni in omnibus locis defendi posse &c. Qui hanc sententiam modeste admodum proferunt, hunc proponunt Canonem: Ubi nulla causa cogit variantem Lectionem receptae praeferre, ibi recepta varianti praeferenda est.

Nobis tamen secus videtur; Nam 1. si nulla causa cogit variantem receptae praeferre, nec ulla vicissim causa cogit receptam varianti praeferre,

re, ſed quaeſtio in medio relinquitur, Lectorique optio datur, utram ex duabus variantibus Lectionibus velit; cur enim potius in hanc quam in alteram inclinaret partem, ſi paria utrinque momenta ſunt? 2. Qui loquuntur de lectione recepta, paulo apertius vellem ſententiam ſuam explicarent. An norunt Synodum aliquam univerſalem, in qua hujus vel illius typographi Editio Graeca tanquam authentica, caeteris omnibus, quae jam prodierunt, aut poſthac prodibunt, unanimi conſenſu praelata ſit? proferant decretum, diem & conſulem: dicant quam praecipue Editionem hoc nomine intelligant; cum enim Eraſmus, Stephanus, Beza, ſinguli ſuas recenſiones iterum ac tertium, imo quartum & quintum mutaverint, omnesque a prima Complutenſi ſubinde receſſerint, quamnam ex iſtis appellabimus denique Editionem receptam? ſin autem hoc intelligi volunt, tacito ſaltem quodam conſenſu receptam fuiſſe, primo quidem Editionem Eraſmi, deinde Stephani, tandem Bezae; neceſſe eſt locum aliquem relinquant etiam aliis Editionibus prioribus illis correctioribus: cur enim in emendando Textu, Bezae laboribus addere non licet, ſi licuit Bezae a tergo relinquere Editiones Eraſmi atque Stephani? Falſo tamen tacitus ille conſenſus jactatur, cum notum ſit, quanta contentione Stunica juxta atque alii Eraſmo contradixerint, quoties item Stephanus ab Eraſmo, & Beza ab utroque receſſerit, quoties etiam omnes viri docti, quorum Catalogum ſupra pertexuimus in explicatione N. T. Textu edito repudiato alium ſubſtituere non veriti fuerint: ut de Diſſenſione ſimili Patrum, qui tempora Typographorum longe praeceſſerunt, nihil dicam. 3. Cum ſuperioribus Capitibus Editiones quas diximus examinaremus, planum ni fallor fecimus, Editores neque ita multis, neque admodum vetuſtis Codicibus inſtructos fuiſſe, cum ſeſe tanto operi accingerent, neque ea qua par erat diligentia atque fide id negotium adminiſtraſſe. Quae igitur nos ratio cogit, ut coeco prorſus ſtudio ipſorum Codices juniores vetuſtiſſimis, mendoſos emendatis, paucos multis praeferamus? aut vanis etiam conjecturis ipſorum plus quam evidentibus argumentis tribuamus? Bezam vel Eraſmum ſupra Hieronymum atque Origenem, & diſcipulos Bezae ſupra univerſam Eccleſiam primitivam collocemus? Ut paucis dicam, editores omnes licet promiſiſſent, ſe fidem Graecorum quos habebant Codicum religioſe repraeſentaturos, promiſſis tamen non ſteterunt, ſed audacter, neglecta Codicum ſuorum Lectione, aliam frequenter ſubſtituerunt, neque dubitarunt integros interdum verſus de ſuo addere. Quae ſi cui durius fortaſſis dicta videbuntur, liberet is quaeſo mihi primum iſtos homines ab ſuſpicione malae fidei, ſi poſſit: doceat deinde, unde ſuas illi omnes lectiones hauſerint. Non equidem puto illas coelitus ſingularique revelatione neque orali totius Eccleſiae traditione acceperunt. Dici non poteſt, quantis difficultatibus ſeſe impliciturus ſit, ſi quis

ſi quis Editores N. T. in omnibus defendendos in ſe ſuſciperet. Id facile intelliget, quisquis ſerio cuncta perpendet. Lubet hic expoſtulationem Morini ſubjicere: „Nunc coronidis vice, inquit, praecedentibus
„ attexam, id quod ipſorum audaciam maximam arguit, & Scripturae
„ Sacrae prae privato judicio intolerabilem contemtum. Illud autem eſt
„ ejusmodi. Plurimis in locis teſtantur, in omnibus antiquis Codicibus
„ aliter legi quam in vulgato Textu Graeco. Ipſi tamen in Verſionibus
„ ſuis contra omnium exemplarium fidem Textum Graece ſemel excu-
„ ſum amplectuntur, & ad illum invitis omnibus Codicibus MSS. verſio-
„ nem exigunt. Hujus rei exempla nobis praeſto ſunt innumera. Ea ſo-
„ la referam, quae in unico Euangelio ſecundum Matthaeum deprehen-
„ duntur. Matth. II. vers. 11. ait Beza: in omnibus vetuſtis exemplari-
„ bus ſcriptum legimus εἶδον *viderunt*: In Textu tamen quem excuderunt
„ εὗρον ab iis relictum eſt, & translatum; *invenerunt*. VI. vers. 18. ſu-
„ per haec verba ἐν τῷ φανερῷ: Haec deerant hoc loco in omnibus vetuſtis
„ exemplaribus, neque leguntur in Vulgata. Iſta tamen verba contra om-
„ nium exemplarium fidem & Vulgatae autoritatem in Textu reliquerunt,
„ & in Verſione expreſſerunt. XXVII. 35. de his verbis: *ut impleretur*
„ *quod dictum eſt*: *diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam*
„ *miſerunt ſortem*; ſic ſcribit Beza: Totum hoc membrum cum Profetae
„ teſtimonio in nullis vetuſtis Codicibus reperimus, neque legitur in Sy-
„ ra interpretatione, adjectum proculdubio ex Jo. XIX. 24. Textui ta-
„ men Graeco & Verſioni ſuae inſeruerunt. Omnia enumerare longum
„ eſſet; curioſus Lector loca, quae adnotamus, apud Bezam conſulat.
„ V. 44. 47. VII. 14. XII. 12. XIV. 19. XVIII. 6. 9. 28. XXII. 7. XXIV.
„ 17. XXVII. 42. XXVIII. 19. Praeter iſta loca multa alia ejusdem
„ generis in eodem Matthaei Euangelio notavit Robertus Stephanus,
„ quae cum exemplarium ſuorum nullo conveniebant, in Textu tamen
„ ab eodem relicta ſunt, & in Verſionibus expreſſa. IX. 5. 33. 35. XIII.
„ 33. 40. XVII. 14. XIX. 9. XXIII. 36. XXVI. 55. 74. Non pau-
„ ciora ejusmodi reperire eſt in caeteris N. T. libris; eſt enim eorum
„ maxima copia, ſed quae collecta ſunt inſtituto noſtro ſatisfaciunt. Nunc
„ igitur ab iis mihi reſponderi velim -- ut nunc probatum eſt, innume-
„ ris in locis omnium Codicum conſenſum deſerunt, & ſemel ab iis excu-
„ ſo Codici poſtponunt". 4. Adde, quod nemo unus Editorum N. T. tantum ſibi ſumſit, ut ſuum Codicem pro ſolo authentico haberet; cur ergo jam temere iſtorum Editionibus tantum tribuimus autoritatis, quantum iisdem autores ipſi arrogare nunquam omnino ſuſtinuerunt? Cardinalis Ximenius, cui tantis laboribus & ſumtibus Graeci Textus editio conſtitit, eundem tamen Latinae Vulgatae Verſioni non dubitavit poſtponere. Eraſmus vero, uterque Stephanus atque Beza juxta Textum etiam

an-

annotationes ſuas ediderunt, in quibus ſaepiſſime, vel variantibus Lectionibus vel conjecturis ſuis in medium prolatis, Textum aperte impugnarunt aut certe in dubium vocarunt. Numquid igitur, eo quod poſteriores Typographi notis iſtis omiſſis plerumque Textum ſimpliciter ediderunt, redditur ille ἀυθεντικώτερος? cum utique Textum, ſicut a Stephano vel Beza formatus eſt, non vero ſicut ab ipſis Apoſtolis ſcriptus erat, typis iterum ſubjicere in ſe ſuſcepiſſent.

IV. In accentibus & ſpiritibus apponendis, ſententiis item diſtinguendis, & in reliqua orthographiae ratione, aliquanto major quam in caeteris rebus neceſſario Editoribus libertas relinquenda eſt.

Cum enim omnes iſtarum rerum periti fateantur, haec ſigna non ab ipſis Scriptoribus Sacris profecta, ſed vix ante ſeculum nonum vel decimum libris Sacris vulgo appoſita fuiſſe; cum porro conſtet, Patres ex varia interpunctione ſaepius aliter legere, atque nunc editum eſt; cumque ipſae Editiones typis expreſſae in verſibus diſtinguendis, in accentibus apponendis, atque in ὀρθογραφίας ratione varient, nemini quicquam praecipi, aut indici jure in his poteſt, ſed cuilibet integrum eſſe debet, ut quoties beneficio alicujus diſtinctionis commodiorem ſententiam ſe ſtabilire poſſe confidit, citra dubitationem, autoritate cujuscunque librarii aut typographi poſthabita, eam quam convenientiorem judicat diſtinguendi aut ſcribendi rationem ſequatur. Quod huc redit, ut hodie velim cuivis Editori tantundem licere, atque olim quibusvis librariis typographisque licuit; neque magis a quoquam nunc rationes ſuae interpunctionis exigendas, quam ab his qui ipſum aetate praeceſſerunt, ſed cuilibet hic ſuo arbitratu agere licere. Ergo ſupervacanea in his notandis fuit Curcellaei diligentia, quid enim attinebat ad Codices provocare, aut virorum doctorum diſtinctiones tam timide proponere?

V. Emendationes ex Conjectura petitae, ſicut non temere unquam admittendae, ita nec temere rejiciendae ſunt.

Hujus aſſerti prius lemma probatione non eget. Sine dubio enim luxuriantibus ingeniis ad refingendum pro lubitu Textum campus non eſt aperiendus: modeſte & caute & cunctanter hic procedendum eſt. Cur tamen non omnes protinus ex ingenio depromptas Emendationes rejiciendas, earumque Autores nimiae audaciae aut impietatis inſimulandos cum aliis exiſtimem, his adducor argumentis. 1. Si modis omnibus, & omnibus auxiliis adhibitis curandum eſt, ut habeatur editio emendatiſſima N. T. (prout §. 1. & 2. vidimus) etiam illud ſubſidium, quod ab ingenio doctorum virorum peti poteſt, ſicut in omnibus aliis Codicibus citra controverſiam recte & praeclare adhibitum fuit, ita neque in ſacris Codicibus omittendum, nedum omnino damnandum videtur. Cui enim negotio potius omnes ingeniorum ſuorum vires adhiberent pii ac docti viri, quam

iſti ut verbum Dei aliquando emendate deſcribatur? Qui haec admittere recuſant, tenentur a priori probare, fieri non potuiſſe, ut in Editiones N. T. aliquod mendum irreperet, quod ope Codicum MSS. tolli non poſſit, quam probationem cupide equidem exſpectamus. 2. Iſtud autem noſtram theſin in tuto collocat, quod quantumcunque vulgo Theologi omnium partium de Criticorum audacia conquerantur, ipſi nihilominus & omnes alii, qui & ſagacitate ingenii & Graecae linguae peritia ſatis inſtructi fuerunt, temperare ſibi non potuerunt, quominus ubicunque poterant prolatis in medium conjecturis ſuis emendare Textum ſtuderent, adeo

Cum ventum ad verum eſt, ratio moresque repugnant.

En tibi brevem indiculum emendationum ejus generis ex conjectura petitarum.

Matth. I. 23.	καλέσουσι,	Origenes	καλέσει.
III. 4.	ἀκρίδες,	Nazareni	ἐγκρίδες.
V. 22.	εἰκῆ delent Scholia Graeca & Hieronymus.		
VII. 15.	ἐνδύμασι,	Pricaeus	ἐκδύμασι.
VIII. 28.	Γαδαρηνῶν,	Origenes	Γεργεσηνῶν.
XII. 20.	Hieronymus	addit verſum	ex Eſaia.
XIII. 25.	Ἡσαΐου,	Hieronymus	Ἀσάφ.
XVI. 17.	Ἰωνᾶ,	Hieronymus	Ἰωαννᾶ.
XVIII. 2.	τοῦτο,	. . . .	τοιοῦτο vel τοιοῦτον ἕν.
XIX. 19.	καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν delet Origenes.		
XXII. 37.	διανοίᾳ,	Druſius	δυνάμει.
XXIII. 32.	πληρώσατε,	. . . .	ἐπληρώσατε.
XXVI. 21.	πατάξω,	Druſius	πάταξον.
XXVII. 9.	Ἱερεμίου,	Origenes	Ζαχαρίου.
10.	ἔδωκαν,	J. F. Homberg.	ἔδωκα.
XXVIII. 17.	οἱ δὲ V. Cl. Samuel Battierius L. Graec. in Acad. Baſil. P. οὐδέ.		
Marc. I. 2.	Ἡσαΐου,	Scholia Graeca	Μαλαχίου.
III. 17.	Βοανεργὲς,	Hieronymus	Βενερεέμ.
27.	οὐρανοῦ,	Piſcator	γῆς.
V. 38.	ἀλαλάζοντας,	Caſaubonus	ὀλολύζοντας.
IX. 49.	πᾶς γὰρ πυρὶ,	Joſ. Scaliger	πᾶσα γὰρ πυριά.
X. 32.	καὶ ἐφοβοῦντο	delet Beza.	
50.	ἀποβαλὼν,	Battierius	ἀπολαβών.
XII. 30.	ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου delet Druſius.		
42.	ὅ ἐστι κοδράντης	delet Beza.	
XIV. 3.	πιστικῆς,	Hartungus	ἐπιστικῆς.

Luc.

Luc.	I.	78.	ἀνατολὴ,	Pricaeus	ἄνωθεν.
	II.	32.	ἀποκάλυψιν,	Pricaeus	ἀνακάλυψιν.
	III.	36.	καινὰν	delet Beza.	
	IX.	48.	τοῦτο τὸ,	Beza	τοιοῦτο.
		53.	πορευόμενον,	Beza	πορευομένου.
	XXI.	32.	Beza	addit	ταῦτα.
Joann.	I.	9.	ἦν,	apud Curcellaeum	ἐν.
		28.	Βηθανίᾳ,	Origenes	Βηθαβαρᾷ.
	II.	15.	ἀνέστρεψε,	Lamb. Boos	ἀνέτρεψε.
	III.	25.	Ἰουδαίων,	. . . .	Ἰησοῦ.
	IV.	5.	Συχὰρ,	Hieronymus	Συχέμ.
	VII.	23.	ὅλον,	Battierius	χωλόν.
	IX.	7.	ὁ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος	delet Caſaubonus.	
		8.	ὅτι,	Piſcator	ὅτε.
	X.	26.	καθὼς εἶπον ὑμῖν	delet Eraſmus.	
	XIII.	32.	εἰ ὁ Θεὸς,	Caſaubonus	εἰ δὲ ὁ Θεός,
	XVI.	16.	ὅτι,	J. R. Wetſtenius, pater. S.T.P.	ὅτε.
	XIX.	14.	Γ̄.	Euſebius Caeſar.	ϛ.
		29.	ὑσσώπῳ,	F. Sylburgius	ὑσσῷ.
		39.	ἑκατὸν,	. . . .	ἕκαστον.
	XXI.	25.	delet Scholiaſtes Graecus.		
Act.	II.	3.	ὅτι,	Pricaeus	τί ὅτι.
	VI.	9.	Λιβερτίνων,	Beza	Λιβυστίνων.
	VII.	14.	πέντε,	Corn. Bertramus	πάντες, alii πάντως.
		16.	Ἀβραὰμ,	Andr. Maſius	Ἰακὼβ, Beza delet.
			Ἐμμὸρ,	Hammondus	Ζοάρ.
		20.	τῷ Θεῷ,	Hammondus	τῇ Θέᾳ.
		43.	Ρεμφὰν,	Beza	Ρεμμάν.
	VIII.	26.	αὕτη ἐστὶν ἔρημος	delet Beza	
	XI.	17.	ἤμην,	Beza	εἰμί.
	XII.	12.	συνιδὼν,	Hammondus	σπεύδων.
	XIII.	20.	τετρακόσια,	Lutherus	τριακόσια.
		22.	ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου	delet Druſius.	
	XIV.	6.	συνιδόντες,	Hammondus	σπεύδοντες.
	XV.	40.	Λυδίαν,	Piſcator	Λυδίας.
	XIX.	26.	μέλλειν τε,	Caſtalio	μᾶλλον δέ.
	XXI.	1.	ἀναφανέντες,	Stephanus	ἀναφήναντες.
	XXIII.	30.	μηνυθείσης--- ἐπιβουλῆς	Beza	μηνυθέντος--- ἐπιβουλὴν &c.
	XXV.	6.	ἢ δέκα,	Pricaeus	ἤδη καί.
	XXVI.	9.	νηστείαν,	Caſtalio	νηνεμίαν.
Jacobi	I.	11.	πορείαις,	Hammondus	ἐμπορίαις.

Jacobi III.	6. ὁ κόσμος,	Familiaris quidam noster	διακισμός.
	12. πηγὴ ἁλυκὸν, καὶ,	Beza καὶ delet, & vel πηγὴ ἁλυκὴ, vel ἁλυκὸν sublato vocabulo πηγὴ legendum censet.	
IV.	2. φονεύετε,	Erasmus φθονεῖτε, Calvinus	φθονεῖτε.
	5. πρὸς φθόνον	. . . .	πρὸς τὸν θεόν.
	6. ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας	delet Clericus.	
	15. καὶ ποιήσωμεν,	Erasmus	ποιήσομεν.
V.	6. οὐκ,	Bentlejus	ὁ κύριος.
	20. γινωσκέτω,	Calvinus	γινώσκετε.
I. Pet. II.	2. ἐπιποθήσατε	Hammondus	ἐποποτίσατε
IV.	1. πέπαυται ἁμαρτίας,	. . .	ἀπέθανε ταῖς ἁμαρτίαις.
V.	4. ἀμαράντινον.	H. Stephanus	ἀμάραντον.
II. Pet. I.	11. ἐπιχορηγηθήσεται,	. . . .	ἐπιχορηγηθῆ.
	19. αὐχμηρῷ,	. . . .	ἀμαυρῷ.
	20. ἐπιλύσεως,	Heinsius	ἐπελεύσεως.
II.	14. μοιχαλίδος,	Grotius	μοιχαλίας.
	γεγυμνασμένην,	. . . . .	γεγεμισμένην.
	16. ἐκώλυσε,	. . . . . .	ἐκόλουσε.
	18. ὄντως ἀποφυγόντας,	. . .	οἰνοφλυγοῦντας.
III.	15. ὁ ἀγαπητὸς ἡμῶν ἀδελφὸς	delet Grotius.	
I. Joann. I.	5. ἐπαγγελία,	H. Stephanus	ἀπαγγελία.
II.	8. παράγεται,	H. Stephanus	παράγει.
III.	20. ὅτι μείζων,	. . . .	ἔτι μείζων.
IV.	3. ὃ ἀκηκόατε,	Pricaeus	ὃν ἀκηκόατε.
	18. κόλασιν,	Grotius	κόλουσιν.
V.	4. ὅτι,	. . . . :	ἔτι.
III. Joann.	2. περὶ πάντων,	Piscator	πρὸ πάντων.
	7. ἐθνῶν,	. . . .	ἐκκλησιῶν.
Judae	11. ἐξεχύθησαν,	Hammondus	ἐξεκαύθησαν.
	18. ἀσεβειῶν,	Bentlejus	ἀσελγειῶν.
Rom. II.	22. ἱεροσυλεῖς,	. . . :	ἱεροθυτεῖς.
III.	13. ὅτι,	Boos	ὅτε.
V.	13. ἐλλογεῖται,	Stunica	ἐλλογεῖτε.
XV.	2. ὁ,	Beza	ὅς.
I. Cor. II.	9. ἃ,	Beza	ὃ.
	13. διδακτοῖς,	. . . .	ἀδιδάκτοις.
V.	4. συναχθέντων,	Jac. Faber Stapulensis	συναχθόντων.
	12. τοὺς ἔξω κρίνειν, οὐχὶ	Clericus	τοῖς ἔξω καὶ μενοῦνγε.
VI.	15. ἄρας,	Boos	ἄρα.
VII.	11. χωρισθῆ,	. . . : .	addit ἤ.
VIII.	10. οἰκοδομηθήσεται	Tanaq. Faber	ἐδοιποιηθήσεται.

I. Cor.

I. Cor. IX. 10. ἐπ' ἐλπίδι delet Beza
12. ἐξουσίας, Isaac. Vossius οὐσίας.
27. ἄλλοις, ... ἄλλους.
X. 8. τρεῖς, Musculus τέσσαρες.
28. τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ, Musculus transponit in initium versus.
XI. 10. ἐξουσίαν, Jac. Gothofredus ἐξουβίαν.
διὰ τοὺς ἀγγέλους, ... διὰ τοὺς ἀδελφοὺς, Clericus διὰ ἀγγελίας, alii διὰ τοὺς ἀγελαίους apud Curcellaeum.
XIV. 12. ὑποτάσσεται, ... ὑποτάσσηται.
XV. 2. εἰ κατέχετε, Musculus ἐν κατέχετε
5. δώδεκα, Beza δέκα.
6. πεντακοσίοις, Beza πεντήκοντα.
47. ὁ κύριος, Musculus οὐράνιος.
51. οὐ κοιμηθησόμεθα Origenes transponit commate interposito.
XVI. 1. λογίας, Grotius εὐλογίας.
10. ἀφόβως, Saravius ἀφειδῶς.
II. Cor. I. 11. ἐκ πολλῶν προσώπων, Beza ἐν πολλῷ προσώπῳ.
IV. 4. αὐτοῖς, Beza αὐτούς.
7. τοῦ θεοῦ, apud Curcellaeum ἐκ τοῦ θεοῦ.
VI. 15. Βελίαρ, Hieronymus Βελίαλ.
VIII. 11. τοῦ θέλειν, Musculus ἐκ τοῦ θέλειν.
X. 5. καθαιροῦντες, Heinsius καθαίροντες.
10. φησι, Beza φασι.
13. μέτρου, Musculus μέτρον.
Gal. II. 1. δέκα delet Grotius
3. Τίτος, Battierius Τιμόθεος.
5. διαμείνῃ, ... διανεμηθῇ.
13. συνυπεκρίθησαν, Grotius συνυπεκλίθησαν.
συναπήχθη, ... συναπαχθῆναι.
ὑποκρίσει, Grotius ὑποκλίσει.
28. ἐνὶ, Beza ἐστί.
IV. 25. τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ delet Bentlejus.
26. ἄνω, ... ἀπό.
V. 12. ὄφελον καὶ, Clericus ὄφελον ἀποκόπτεσθαι, καὶ ὄντως.
Phil. III. 15. τοῦτο, Beza τὸ αὐτό.
IV. 11. καθ' ὑστέρησιν, H. Stephanus καθυστέρησα.
Col. I. 12. ἱκανώσαντι, ... καινώσαντι.
24. νῦν χαίρων, Beza ὃς νῦν χαίρω.
II. 18. ἐμβατεύων, apud Curcellaeum κενεμβατεύειν.

Col. II.	22	ἀποχρήσει,	Beza	ἀποκρίσει vel ἀποχωρήσει.
I. Thess. II.	3.	ἀκαθαρσίας,	. . . . . .	ἀνθρωπαρεσκείας.
		λαλοῦμεν,	. . . . . .	ἐλαλοῦμεν.
III.	3.	σαίνεσθαι,	. . . . . .	σαλεύεσθαι.
Heb. VII.	11.	εἰ,	Isidorus	ἐπεί.
VIII.	10.	διδοὺς,	Piscator	addit δώσω.
IX.	9.	δυνάμεναι,	Beza	δυνάμενα.
	10.	ἐπικείμενα,	Beza	ἐπικείμεναι.
	28.	πολλῶν,	Bentlejus	τῶν πολλῶν.
X.	5.	σῶμα,	apud Curcellaeum ὦτα.	
	15.	ἐνοχλῇ,	Grotius	ἐν χολῇ.
XI.	37.	ἐπειράσθησαν,	Beza ἐπυρώθησαν vel ἐπάρθησαν, Piscator ἐπυράσθησαν, Tan. Faber ἐπηρώθησαν, Gatakerus, ἐπρήσθησαν, Alberti ἐσπειράσθησαν.	
XII.	13.	ἐκτραπῇ,	Beza	ἐκστραφῇ.
	27.	πεποιημένων,	Boos	πεπονημένων.
I. Tim. I.	4.	γενεαλογίαις,	. . . . . .	κενολογίαις.
	10	κατὰ τὸ εὐαγγέλιον,	Pricaeus	καὶ τῷ εὐαγγελίῳ.
II.	10.	ὅ,	Pricaeus	ὡς.
III.	16.	Θεὸς ἐφανερώθη,	. . . . . .	Χριστὸς ἐθανατώθη.
		ἀγγέλοις,	. . . . . .	ἀποστόλοις.
IV.	3.	ἀπέχεσθαι,	Isidorus	ἀντέχεσθαι.
VI.	3.	προσέρχεται,	Bentlejus	προσέχει.
	19.	θεμέλιον,	Clericus κειμήλιον, Boos θέμα λίαν.	
II. Tim. I.	12.	ἐστι,	. . . .	ἔστη.
IV.	20.	Μιλήτῳ,	Grotius	Μελίτῃ.
Apoc. III.	7.	τοῦ Δαυίδ,	Beza	οἴκου Δαυίδ.
VII.	6.	Μανασσῆ,	Gomarus	Δάν.
XI.	5.	τέταρτον,	Grotius	τεράστιον.
XII.	18.	ἐστάθην,	Piscator	ἐστάθη.
XVI.	5.	ὁ ὅσιος,	Piscator	ὁ ἐσόμενος.
	15.	transponit Beza post vers. 18. C. III.		
XVIII.	14.	Beza transponit post vers. 23.		
XXII.	12. 13.	transponit Beza.		

3. Ne quis autem haec omnia a magnis in Ecclesia viris non serio prolata, sed velut animi gratia in chartam conjecta suspicetur, audiat testimonia in hanc rem diserta *Origenis* in Matth. XIX. 19. εἰ μὲν καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν διαφωνία ἦν πρὸς ἄλληλα τῶν ἀντιγράφων, ὥστε πάντα τὰ κατὰ Ματθαῖον μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ εὐαγγέλια, κἂν ἀσεβὴς τις ἔδοξεν εἶναι ὁ ὑπονοῶν ἐν ταῦθα προσερρίφθαι, οὐκ εἰρημένην ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος πρὸς

τὸν

τὸν πλούσιον τὴν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, ἐντολήν. Νυνὶ δὲ δῆλον, ὅτι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορὰ, εἴτε ἀπὸ ῥαθυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τῆς διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων ἢ ἀφαιρούντων. Τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν θεοῦ διδόντος εὕρομεν ἰάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν κλ. Quibus interpres Latinus sequentia addit, nescio unde desumta; , in exemplariis autem Novi Testamenti hoc ipsum me posse , facere sine periculo non putavi. Tantum suspiciones exponere me de- , bere, & rationes causasque suspicionum, non esse irrationabile existi- , mavi; sicut in hoc loco.— Judicent ergo, qui possunt, utrum vera sint , quae tentamus an falsa'. Violenta autem est detorsio, quando Whitbyus assertum Origenis, πάντα τὰ κατὰ Ματθαῖον ἀντίγραφα μὴ συνάδειν ἀλλήλοις, ita interpretatur: *Verba Matthaei a verbis reliquorum Euangelistarum discrepare*: cum verus & apertus sensus sit: *exemplaria Matthaei sibi invicem non consentire*, hoc est, in diversis Matthaei Codicibus reperiri Variantes Lectiones. Ex hac observatione Origenes non male infert, licere emendationes ex conjectura proponere. Si enim dantur V. L. & si eaedem maximam partem ex ingenio & conjecturis Librariorum ortae sunt, cur non idem liceret doctis, quod licuit librariis, ubi aliter horum temeritati occurrere non licet? cumque nemo possit omnes Codices consulere, cur non licebit suspicari, unum atque alterum nostrum Codicem fortassis esse mendosum, & in aliis forte aliorum Codicibus saniorem Lectionem hanc vel illam aliquando repertum iri, id quod nec raro usu venit? Sane qui nullis allatis rationibus simpliciter postulat, ut Typographus, qui hanc vel illam curavit Editionem vere ἀναμάρτητος existimetur, parum modeste agere videtur. Aliud Origenis Testimonium vide ad Matthaei Cap. VIII. vers. 28. Alterum testem producimus *Isidorum* Epist. l. 4. 112. Ὅτι δὲ πολλάκις ἓν στοιχεῖον ἢ μεταστοιχειωθὲν ἢ παραλειφθὲν ἢ προστεθὲν τὸν νοῦν τῶν λεγομένων συνταράττει, δῆλον ἐστὶν, exempli gratia deinde profert cum ex V. tum ex N. T. ea loca, quae supra proposuimus; tandem concludit: ταῦτα εἰπὼν, ἃ τὸν νοῦν τῶν γραφῶν οὐ μόνον οὐ λυμαίνεται, ἀλλὰ καὶ συνίστησιν, βέβαιόν τε καὶ πάγιον ἀποφαίνει, καὶ τὴν δοκοῦσαν ἀσάφειαν διαλύει, καταπαύσω. Tertius testis sit ex Latinis Patribus *Augustinus*, qui cum vanissimos Manichaeorum clamores de falsatis atque emendandis Euangeliis perpetuo audiret, non ideo tamen metu expostulationis Haereticorum in alterum extremum delapsus est, ut omnes omnino emendationes ex conjectura improbaret: , Ego enim, inquit Epistola 19., fateor ca- , ritati tuae, solis eis scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, , didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum autorem , scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis offen- , dero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel , men-

, mendosum esse Codicem &c'. Ex quo patet Augustinum, licet in applicatione ejus dissentiret, eandem tamen regulam admisisse, quam Faustus Manichaeus, quem lib. XVI. 2. ita loquentem introducit: , Unde in , ingenii positus aestu ratione cogebar in alterum e duobus, ut aut falsum , pronunciarem Capitulum hoc, aut mendacem Jesum: sed id quidem alienum pietati erat, Deum existimare mentitum. Rectius argo visum , est, scriptoribus adscribere falsitatem'. & c. 8. , Licet hoc ipsum adhuc , quaeratur, utrum sit & hoc Christi Testimonium, ut credi debeat ab- , solute, an scriptoris, ut examinari sollicite. Nec si nos non credimus , falsis, eum hic offendimus sed falsatores.

4. Non quaeritur, an Lectio manifeste falsa & absurda sit retinenda, neque an Lectio vera & commoda sit rejicienda? sed an fieri potuerit, ut idem mendum omnes qui a te vel a me inspecti sunt Codices occuparet, vel potius, an si quis sibi persuaserit, omnes quos ipse vidit Codices in certo quodam loco esse mendosos, ideo pro impio sit habendus? Ego vero, ut quid sentiam expromam, nondum habeo solida argumenta, quibus vel illud negandum vel hoc affirmandum putem. Quamvis enim nullius audaciae patrocinium suscipere cupiam, non ausim tamen impietatis damnare omnes viros doctos, omnes Interpretes, omnesque Editores, qui contra omnes Codices ex suo ingenio aliquid in Textum aut receperunt, aut recipiendum esse judicarunt. Neque moveor contrasentientium vocibus, eorum scilicet qui vel scholis vel officinis Typographicis praefuerunt, cum ipsi sibi repugnent factis. Si enim nihil ex conjectura mutandum est, cur aut ipsi mutant quaedam, aut contra tales aliorum mutationes ne mussitant quidem?

5. Addam his sententiam Castalionis, viri in hoc studiorum exercitatissimi, qui in libro MS. de arte dubitandi & confitendi, ignorandi & sciendi, Parte I. c. 12. haec habet: , Librariorum discordiam ostendunt , varia exemplaria, in quibus idem locus aliter atque aliter legitur, sicut , multi compluribus in locis annotarunt. Sed ea discordia offendere nos , non debet: primum quia autorum non est, sed librariorum, quorum , culpam praestare autores nec possunt nec debent. Deinde quia ple- , rumque ejusmodi discordia unius aut alterius verbi est, in quo nihil , laeditur sententia, aut si quid forte laeditur, aliunde corrigi potest, , quandoquidem autorum sententia non semper ex singulis verbis superstitiosius observandis, sed plerumque ex orationis tenore, aut similium , locorum observatione, aut mentis ratiocinatione sunt investigandae, si- , cuti suo loco, si Deus permiserit, dicemus. Ac tales librariorum dis- , cordiae etiam in profanis Autoribus inveniuntur, ut in Platone, in A- , ristotele, in Homero, in Cicerone, in Virgilio & caeteris. Quamvis , enim summo in pretio semper fuerint apud gentiles hi Autores, sum

, maque

, maque cum diligentia describi soliti, tamen caveri non potuit, quin , multa scripturae menda & discrepantiae annorum longitudine obrepse- , rint; nec tamen ea res studiosos deterret; nec facit, ut qui libri Cice- , ronis habentur, ii aut non boni aut non Ciceronis esse ducantur; sicut , enim detorti aliquot aut etiam decussi ramuli agricolam non offendunt, , nec arborem vitiant, quippe quae ramorum infinita multitudine sic a- , bundet, ut tantulam jacturam alibi sine ullo detrimento resarciat, ita si in , authore pauculis in locis simile quidpiam usu venit, id nec bonum lectorem , offendit, nec authorem vitiat. Manet enim ipsa stirps, & ut ita loquar , corpus authoris, ex cujus perpetuo tenore dictorumque ubertate perci- , pi possunt sine ullo detrimento fructus pleni'. Cap. 13. , Sed existunt , hoc loco scrupuli duo, quorum prior est quorundam, qui putant, non , esse verisimile, passurum unquam fuisse Deum, ut vel unum verbum in , sacris literis corrumperetur, itaque ne syllabam quidem in eis unquam , vitiatam fuisse aut periisse existimant. Alter est eorum, qui metuunt, , ne si hoc concessum fuerit, labascat sacrarum literarum authoritas: ut si , de pauculis quibusdam verbis dubitetur, toti etiam authores in dubium , vocentur. Ad quorum primum ego respondeo, nusquam promisisse , Deum sese ita librariorum manus esse recturum, ut in sacris literis descri- , bendis nunquam errent, quin ne illud quidem promisit, cauturum se, , ne ulli sacri libri pereant. Itaque peto, ut isti dicti sui verisimilitudi- , nem probent. Nam & errasse, & hodie etiamnum errare librarios vi- , demus; & librorum sacrorum aliquot (quos certe majori curae Deo , fuisse quam paucula quaedam verba credendum est) videmus tempo- , rum injuria intercidisse. Quod si dicent, Deo curae esse sacras literas, , quippe quarum ipse sit autor; respondebo, eidem Deo etiam majori , curae esse suos natos, hoc est suum populum, cujus causa dictaverit sa- , cras literas. Quod si tamen suum populum aliquando non equidem pe- , rire (id enim semper cavit) sed certe sic mutilari passus est, ut ex mul- , titudine, quae esset arena numerosior, tantum reliquiae superessent, , mirum videri non debet, si in sacris literis mutilationem aliquam fieri , permiserit: Quod si hoc & fieri potuisse ratio ostendit, & factum esse , experientia docet, causam non video, cur hoc cuipiam scrupulum inji- , cere debeat.

, Ad secundum scrupulum hoc respondeo, non esse scriptorum autho- , ritatem in paucis quibusdam verbis, quae vitiari detrahive potuerunt; , sed in perpetuo orationis tenore, qui mansit incorruptus, positam. Ita- , que quemadmodum Cicero apud sui studiosos nihilo minoris est autho- , ritatis propter paucula quaedam mutilata aut depravata, quam esset, si , id non accidisset; ita debet & sacrarum literarum authoritati nihil de- , trahi, si quid in eis tale, quale ostendimus, contigit.

Caſtalionis judicio ac ſententiae accedit Fridericus Spanhemius pater, qui Dubiorum Euangelicor. P. I. 23. §. 25. , 'Επίκρισιν noſtram, inquit, , quod attinet, omnibus ultro citroque expenſis, fateor, mihi ſenten- , tiam illam longe probabiliorem & minoribus incommodis obnoxiam vi- , deri, quae *Cainan* ὑποβολιμαῖον cenſet; Unde quamvis religioſiſſime in , ſacra Scriptura tractanda verſandum cuique Chriſtiano arbitrer, nec , quicquam facile loco movendum cenſeam, ubi vel minima apparet , ſtrictura conciliandorum inter ſe ſacrorum ſcriptorum, tamen hic gra- , viſſimae intercedunt cauſae, cur *Cainan* expungendus videatur'. §. 28. , Non negandum tamen nec diſſimulandum, ne quid praetermittamus, , quaedam adhuc hic urgeri poſſe contra ſententiam allatam. 1. Parum ve- , riſimile eſſe, Deum permiſſurum fuiſſe, tam inſigne mendum in ſcri- , ptorem ſacrum & Textum authenticum irrepere. 2. Sic labefactari αὐ- , θεντίαν Textus Originalis, & occaſionem praeberi vel profanis vel pro- , cacibus ingeniis, eludendi omnia, quae ipſis ex ſacris Codicibus propo- , nentur, cavillo facili, hoc vel illud irrepſiſſe in contextum ſacrum in- , ſtar *Cainan* hypobolimaei. 3. Vix ac ne vix quidem omnia exemplaria , potuiſſe depravari, & in eodem errore conſpirare. 4. Majorem reve- , rentiam deberi ſacrae Scripturae, quam ut ei falcem adeo facile immit- , tamus'.

§. 29. , Quamvis vero ἐνστάσεις hae in ſpeciem validae videantur, pro , retinendo *Cainan*, tamen non deſunt ſolutiones commodae illis revincen- , dis. Ad 1. reſpondeo, non abſurdum eſſe hoc a Deo permiſſum, tum quia , in eo parum ſitum, nec ob id periclitatur fides Chriſtiana: tum quia , remedium errori corrigendo ſuppetit ex Moſe: tum quia voluit Deus , ſapientiſſimo conſilio modis ejuſmodi in rebus minoris momenti noſtram , vel exercere diligentiam, vel ſubigere ſuperbiam. Satis etiam eſt Spi- , ritum S. Sacri ſcriptoris mentem & calamum ab errore praeſervaſſe, , tametſi nec librariorum calamum ab errore, nec falſariorum manum & , mentem a fraude praeſervare ob cauſas ſupra dictas voluerit. Ad 2. , reſpondeo, αὐθεντίαν ſuam Textus ſacer habet a ſuo autore & ab integritate , ſua, in omnibus iis, quae ad fidem & ſalutem neceſſaria ſunt. Tamet- , ſi ergo concedamus, nomen *Cainan* hic non eſſe γνήσιον, an ob id fibula , laxabitur petulantiae & procacitati humanae, vel in rebus ad fidem ne- , ceſſariis, vel in iis, quorum rejiciendorum cauſa nulla, imo quorum , retinendorum cauſae graves? Ad 3. reſpondeo, frequentiſſime Codices , omnes vel pleroſque ſaltem MSS. conſpirare in uno eodemque errore, , quod Philologis & Criticis compertum, qui in bonis ſcriptoribus emen- , dandis occupantur. Et ratio ejus rei evidens, quia uno Codice cor- , rupto, error in innumeros alios diffundi poteſt. Ad 4. reſpondeo, ſane , falcem non temere immittendam eſſe S. Scripturae & reverenter illam

tractan-

„ tractandam, & hoc ab unoquoque Interprete Christiano exigi — In-
„ terim eo ipso debita S. Scripturae reverentia inviolata servatur, quando
„ illa resecantur, quae scriptores sacros inter se committunt, falsi quid
„ infarciunt, & S. Scripturae autoritatem labefactant; quae omnia retento
„ *Cainane* evitari nequeunt.

Quicquid autem sit de asserti nostri Metaphysica veritate, illud saltem de momento ejus moneo, nemini inde magnum periculum imminere; licet enim omnes quas vidi & supra exposui conjecturas doctas atque ingeniosas existimem, neque proinde studium cujusquam vituperem, ingenue tamen fateor, ex omnibus illis vix unam aut alteram sese mihi probare utcunque potuisse: sed in his per me quilibet suo judicio utatur.

VI. Distinctio Variantium Lectionum in graviores & leviores nulli usui est.

Nondum enimvero convenit, quid grave aut quid leve vocandum sit. Quod si enim lectionem gravem & majoris momenti illam voces, qua semel admissa actum esset de Religione Christiana & Atheismo atque cunctis sceleribus late porta aperiretur, talem Lectionem hactenus nullam reperi. Sin leves eas voces, quas perinde est utrum admittas necne, neque tales existimo dari ullas; cum enim scriptores sacri non nisi uno modo scripserint, non debet nobis perinde esse, quam potissimum Lectionem sequamur, sed totis viribus adnitendum est, ut genuinam illam ac veram Lectionem indagemus. Quod quum ita sit, nulla Varians Lectio gravis neque levis videri debet. Alioqui parvo in discrimine ponimus, utrum id quod molimur aliis grave aut leve videatur, dummodo nobis conscii simus, nos sincero veritatis studio duci. Sive enim per nostras Lectiones hujus sive alterius Doctoris opinio vel fulciatur vel labefactetur, nobis hicneque seritur neque metitur

Nullius addictis jurare in verba magistri.

VII. Inter duas variantes Lectiones, si quae est εὐφωνότερος aut planior aut Graecantior, alteri non protinus praeferenda est, sed contra saepius.

1. Probabilius enim est, priorem fuisse lectionem σολοικοφανῆ aut subobscuram aut κακόφωνον, cui postea librarius medelam afferre voluerit; quod si enim reperisset Textum planum & bene Graecum, ratio non apparet, cur illum corrigere atque corrumpere in animum induxisset. Hoc etiam Augustinus observat de Consens. Euang. 3. 7. „ Noverit, inquit,
„ non omnes Codices Euangelistarum habere, quod *per Jeremiam Pro-*
„ *phetam* dictum sit, sed *per Prophetam* — unde putatur Codices esse
„ mendosos qui habent *Jeremiae* — sed utatur ista defensione cui placet,
„ mihi autem cur non placeat haec causa est, quia & plures Codices habent

Jeremiae nomen, & qui diligentius in Graecis exemplaribus Euangelium
, considerarunt, in antiquioribus Graecis ita se perhibent invenisse; &
, nulla fuit causa, cur adderetur, ut mendosius fieret, cur autem de
, nonnullis Codicibus tolleretur fuit utique causa, ut hoc audax imperitia
, faceret, cum turbaretur quaestione, quod hoc testimonium apud Jere-
, miam non inveniretur.

2. Et res ipsa loquitur, & docti omnes testantur, scriptores sacros frequenter vel hebraïzare vel certe verbis uti & phrasibus ex usu vulgi atque opicae plebeculae petitis, quae longius a Grammaticorum abeunt regulis; et Pauli praecipue stylum satis constat esse subinde obscuriorem.

Paulus ipse, testis omni exceptione major, fatetur quod sit ἰδιώτης τῷ λόγῳ. II. Cor. XI. 9. & λαλοῦμεν, inquit, οὐκ ἐν διδάκτοις ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. I. Cor. II. 13. & 1. ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις.

Irenaeus l. 3. cap. 7. , Quoniam autem, inquit, hyperbatis frequenter
, utitur Apostolus, propter velocitatem sermonum suorum, & propter
, impetum, qui in ipso est Spiritus, ex multis quidem aliis est invenire'.

Origenis Philocaliae Caput VIII. hunc habet Titulum: περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰ σολοικοειδῆ, καὶ μὴ σώζοντα τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἀκολουθίαν ῥητὰ τῆς γραφῆς ἐπιχειρεῖν διορθοῦσθαι. Continet dein excerpta ex ejus Commentariis in Oseam, quae ita incipiunt: Ἐπειδὴ τὰ σολοικοειδῶς εἰρημένα κατὰ τὴν γραφὴν, ὅσα κατὰ τὴν λέξιν, συγχύνει τὸν ἐντυγχάνοντα, ὥστε ὑπονοεῖν, οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ ἀκολούθως, οὐδὲ ὡς ἔχει γεγράφθαι τὰ ῥητὰ, ὥστε καὶ τολμᾶν τινας προφάσει διορθώσεως ἀλλοιοῦν μετατιθέντας τὸ ἐγκείμενον περὶ τὰ δοκοῦντα οὐκ ἀκολούθως γεγράφθαι ῥητὰ νοῦν &c. Cap. IV. hunc habet Titulum: περὶ Σολοικισμοῦ καὶ εὐτελοῦς φράσεως τῆς γραφῆς. Continet ex quarto Tomo Commentariorum in Joannem sequentia: ὁ διαιρῶν παρ' ἑαυτῷ φωνὴν καὶ σημαινόμενα καὶ πράγματα, καθ' ὧν κεῖται τὰ σημαινόμενα, οὐ προσκόψει τῷ τῶν φωνῶν Σολοικισμῷ ἐπὰν ἐρευνῶν εὑρίσκει τὰ πράγματα, καθ' ὧν κεῖνται αἱ φωναὶ, ὑγιῆ, καὶ μάλιστα ἐπὰν ὁμολογῶσιν οἱ ἅγιοι ἄνδρες τὸν λόγον αὐτῶν καὶ τὸ κήρυγμα οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας τῶν λόγων, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. εἶτα εἰπὼν τὸν τοῦ Εὐαγγελίστου σολοικισμὸν, ἐπάγει. Ἅτε δὲ οὐκ ἀσυναίσθητοι οἱ Ἀπόστολοι τυγχάνοντες τῶν ἐν οἷς προσκόπτουσι, καὶ περὶ ἃ οὐκ ἠσχόληνται, φασὶν ἰδιῶται εἶναι τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, νομιστέον γὰρ αὐτὸ οὐχ ὑπὸ Παύλου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων λέγεσθαι, ἡμεῖς δὲ καὶ τὸ, ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, ἐξειλήφαμεν, ὡς θησαυροῦ μὲν λεγομένου τοῦ ἀλλαχόσε θησαυροῦ τῆς γνώσεως καὶ σοφίας τῆς ἀποκρύφου, ὀστρακίνων δὲ σκευῶν, τῆς εὐτελοῦς καὶ εὐκαταφρονήτου παρ' Ἕλλησι λέξεως τῶν γραφῶν, ἀληθῶς ὑπερβολῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ ἐμφαινομένης, ὅτι ἴσχυσε τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, καὶ ἡ δύναμις τῶν λεγομένων, οὐκ ἐμποδιζομένη ὑπὸ τῆς εὐτελοῦς φράσεως, φθάσαι ἕως περάτων γῆς, καὶ ὑπαγαγεῖν τῷ Χριστοῦ λόγῳ, οὐ μόνον τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰ σοφὰ αὐτοῦ. Ἱκάνωτο γὰρ [ὁ Παῦλος] ὑπὸ θεοῦ διάκονος εἶναι τῆς καινῆς διαθή-

κης

κης, χρώμενος ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ τῶν πιστευόντων συγκατάθεσις μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. ἴσως γὰρ εἰ κάλλος καὶ περιβολὴν φράσεως, ὡς τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα, εἶχεν ἡ γραφὴ, ὑπενόησεν ἄν τις, οὐ τὴν ἀλήθειαν κεκρατηκέναι τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὴν ἐμφαινομένην ἀκολουθίαν καὶ τὸ τῆς φράσεως κάλλος ἐψυχαγωγηκέναι τοὺς ἀκροωμένους, καὶ ἠπατηκὸς αὐτοὺς προσειληφέναι. Eandem sententiam explicat contra Cels. l. VII. p. 371. 372.

Dionysius Alexandr. Episc. apud Eusebium H. E. 7. 25. de Apocalypseos autore ita scribit: Διάλεκτον μέντοι καὶ γλῶσσαν οὐκ ἀκριβῶς ἑλληνίζουσαν αὐτοῦ βλέπω, ἀλλ' ἰδιώμασι μὲν βαρβαρικοῖς χρώμενον, καὶ που καὶ σολοικίζοντα, ἅπερ οὐκ ἀναγκαῖον νῦν ἐκλέγειν, οὐδὲ γὰρ ἐπισκώπτων μή τις νομίσῃ ταῦτα εἶπον. Talia vero in Apocalypsi typis edita raro aut nunquam, in Codicibus autem MSS. frequentissime occurrunt.

Arnobius adversus Gentes Lib. 1., Barbarismis, soloecismis obsitae „ sunt, inquis, res vestrae, & vitiorum deformitate pollutae. Puerilis „ sane atque angusti pectoris reprehensio: quam, si admitteremus, ut vera „ sit, abjiciamus ex usibus nostris quorundam fructuum genera, quod „ cum spinis nascuntur, & purgamentis aliis, quae nec alere nos possunt, „ nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principaliter antecedit, & „ saluberrimum nobis voluit esse natura. Quid enim officit, o quaeso, „ aut quam praestat intellectui tarditatem? utrumne quod leve an hirsuta „ cum asperitate promatur? inflectatur, quod acui, an acuatur, quod „ oportebat inflecti? aut qui minus, id quod dicitur, verum est, si in „ numero peccetur, aut casu, praepositione, participio, conjunctione? „ Pompa ista sermonis, & oratio missa per regulas, concionibus, litibus, „ foro judiciisque servetur, deturque illis, imo qui voluptatum delinimenta „ quaerentes omne suum studium verborum in lumina contulerunt. „ Cum de rebus agitur ab ostentatione submotis, quid dicatur spectandum „ est, non quali cum amoenitate dicatur, nec quid aures commulceat, „ sed quas afferat audienti utilitates. Maxime cum sciamus etiam „ quosdam sapientiae deditos non tantum abjecisse sermonis cultum, verum „ etiam cum possent ornatius atque uberius eloqui, trivialem studio „ humilitatem secutos, ne corrumperent scilicet gravitatis rigorem, & sophistica „ se potius ostentatione jactarent'.

Gregorius Nyssenus in I. Cor. XV. 28. voces Paulo peculiares recenset: κενόω, ἐρίθεια, ἱμειρόμενοι, additque; ἀλλ' ὅμως χαίρειν ἐάσας ὁ Παῦλος τὰς ἐτυμολογίας, δι' ὧν βούλεται λέξεων ὃ βούλεται παρίστησι νόημα, καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζουσιν εὑρεθείη ἂν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ Ἀποστόλου μὴ δουλεύοντα τῇ χρήσει τῆς συνηθείας, ἀλλὰ κατά τινα ἰδιότροπον ἔννοιαν ἐπ' ἐξουσίας παρ' αὐτοῦ προφερόμενα, μηδὲν ἐπιστρεφομένου πρὸς τὴν συνήθειαν.

Chrysostomus similia habet Homilia tertia in priorem ad Corinthios.

Isidorus Epist. 28. lib. 4. Λανθάνουσιν Ἑλλήνων παῖδες, δι' ὧν λέγουσιν ἑαυτοὺς

τοὺς ἀποτρέποντες. ἐξευτελίζουσι γὰρ τὴν θείαν γραφὴν, ὡς βαρβαρόφωνον, καὶ ὀνο-
ματοποιΐαις ξέναις συντεταγμένην, συνδεσμῶν δὲ ἀναγκαίων ἐλλείπουσαν, καὶ περιτ-
τῶν παρενθήκῃ τὸν νοῦν τῶν λεγομένων ἐκταράττουσαν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτων μανθανέτωσαν τῆς
ἀληθείας τὴν ἰσχύν. Πῶς γὰρ ἔπεισεν ἡ ἀγροικιζομένη τὴν εὐγλωττίαν, εἰπάτωσαν οἱ
σοφοί; πῶς βαρβαρίζουσα κατὰ κράτος καὶ σολοικίζουσα νενίκηκε τὴν ἀττικιζομένην
πλάνην; & Epist. 67. τὴν θείαν αἰτιῶνται γραφὴν μὴ τῷ περιττῷ καὶ κεκαλλωπισμέ-
νῳ χρωμένην λόγῳ, ἀλλὰ τῷ ταπεινῷ καὶ πεζῷ.— Μανθανέτωσαν ὅτι ἄμεινον παρὰ
ἰδιώτου τ᾽ ἀληθὲς ἢ παρὰ σοφιστοῦ τὸ ψεῦδος μαθεῖν — διὸ καὶ ἡ γραφὴ τὴν ἀλήθειαν πε-
ζῷ λόγῳ ἡρμήνευσεν, ἵνα καὶ ἰδιῶται καὶ σοφοὶ καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες μάθοιεν.

Augustinus de Magistro: , Apostolis, inquit, non verborum sed re-
, rum authoritatem esse tribuendam, — fieri enim posse, ut Paulus
, quanquam dixerit praeceperitque rectissime, minus tamen recte locutus
, sit — praesertim cum se ipse imperitum in sermone fateatur. Quo tan-
, dem modo istum refellendum arbitraris? Nihil habeo quod contra-
, dicam.

Hieronymus ad Algariam Q. 10. , Illud, inquit, quod crebro dixi-
, mus: *etsi imperitus sermone, non tamen scientia*: nequaquam Aposto-
, lum de humilitate sed de conscientiae veritate dixisse, etiamnunc ap-
, probamus'. Ibid. hoc loco. Col. II. 3. *quidem* conjunctio superflua est,
, quod in plerisque locis propter imperitiam artis Grammaticae Aposto-
, lum fecisse reperimus; neque enim sequitur *sed* vel alia conjunctio,
, quae solet ei propositioni, ubi *quidem* positum fuerit, respondere. Mul-
, ta sunt verba quibus juxta morem urbis & provinciae suae familiarius A-
, postolus utitur. E quibus exempli gratia pauca ponenda sunt. *Mihi*
, *autem parvum est judicari ab humano die*, & ἀνθρώπινον λέγω, & οὐ κατ-
, ενάρκησα ὑμᾶς, & quod nunc dicitur: μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. Quibus
, & aliis multis verbis usque hodie utuntur Cilices. Nec hoc miremur
, in Apostolo, si utatur ejus linguae consuetudine, in qua natus est & nutritus,
, cum Virgilius, alter Homerus apud nos, patriae suae sequens consuetu-
, dinem, *sceleratum* frigus appellet'. Et Hedibiae Q. II. Paulus —— di-
, vinorum sensuum majestatem digno non poterat Graeci eloquii expli-
, care sermone. Habebat ergo Titum Interpretem & B. Petrus Mar-
, cum. Cujus Euangelium, Petro narrante & illo scribente compositum
, est. Denique & duae Epistolae, quae feruntur Petri, stylo inter se &
, charactere discrepant, structuraque verborum. Ex quo intelligimus,
, pro necessitate rerum diversis eum usum esse interpretibus'. In Galat.
VI. 1. , qui putat Paulum juxta humilitatem & non vere dixisse; *etsi*
, *imperitus sermone, non tamen scientia*; defendat hujus loci consequen-
, tiam. Debuit quippe secundum ordinem dicere: *Vos qui spiritales*
, *estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, cosiderantes vosmet ip-*
, *sos, ne & vos tentemini*; & non plurali inferre numerum singularem.

He-

, Hebraeus igitur ex Hebraeis, & qui esset in vernaculo sermone doctissimus, profundos sensus aliena lingua exprimere non valebat: nec curabat magnopere de verbis, qui sensum habebat in tuto'. In Ephes. I. 13. , Videtur autem juxta ordinem lectionis non stare sententia, nec ei quod praelatum est; *in quo & vos, audito verbo veritatis Euangelii salutis vestrae*; redditum aliquid quod sequatur, quia statim secundo ponitur *in quo*, quod quia superfluum est, sublatum e medio potest Textum reddere lectori'. In Cap. III. 1. , Quantum ad consequentiam sermonis textumque eloquii pertinet, ad id quod praemisit: *Hujus rei gratia ego Paulus, vinctus Jesu Christi pro vobis gentibus* diligentissime perquirentes, nihil quod ei reddiderit potuimus invenire. Neque enim dixit: Hujus rei gratia ego Paulus hoc vel hoc feci, vel illud vel illud docui: sed suspensa manente sententia transgressus ad alia est; Nisi forte ignoscentes ei, quod & ipse confessus est; *etsi imperitus sermone non tamen scientia*; sensum magis in eo quaeramus quam ordinem verborum'. Et vers. 13. , Porro quasi imperitus locutus est, ut plurali *tribulationum* numero *gloriam* subjungeret singularem, & diceret: *In tribulationibus meis pro vobis, quae est gloria vestra*, pro eo quod est, *quae tribulationes sunt gloria vestra*'; & libri 2. Comm. in Ephes. , Nos quotiescunque soloecismos aut tale quid annotamus, non Apostolum pulsamus, ut malevoli criminantur.

Lucianus in Soloeciste varia sermonis vitia commemorat, quae in libris sacris reperiuntur, *ἀφιστᾶν, ἀφιστάνειν, ἐκ τότε, ἐκ πέρυσι βαρεῖν, ἡ θύρα ἀνέωγέ σοι, καθ' ἧς, καθέζομαι, καταδουλοῦν*. *Helladius* apud Photium Bibl. 279. *μέλις*. *Photius* in Epistola 116. minimum viginti quatuor exempla trajectionum omissionumque in Scriptis Pauli occurrentium affert, ostenditque, quomodo accuratius scribenda fuissent.

Erasmus in Apocal. I. 4. , Ingenue, inquit, fatendum est, Graecum sermonem nihil omnino significare, quomodocunque legas ἀπὸ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος; Nam finge poni verba ipsa velut absoluta, tolerabile est ὁ ἐρχόμενος, sed quid tandem significat ὁ ἦν sive ὁ ὤν? ad verbum, ita sonat; *ab ens, & ab id quod erat, & ab is qui venturus est.* Hic, inquit alibi, Stunica mihi non solum calumniam sed blasphemias & impietates objicit, quod in Apostolorum literis existimem esse Soloecismos, quasi hoc ego solus dixerim, aut quasi hoc non potius ad Euangelii Christique gloriam pertineat quam ad Apostolorum contumeliam. Vulgo indocto scripserunt, & vulgata lingua scripserunt; apud illos non erant soloecismi, sed apud eruditos emendate loquentes erat sermonis vitium. Quod si Stunica putat esse piaculum, si in Apostolorum scriptis reperiatur aliquid soloecon, hoc est aliquid dictum praeter emendate loquentium consuetudinem, impius erit & ipse, nisi hunc locum ma-

, gni-

1. Plerique Editores videntur hactenus valde solliciti fuisse, ne quid de verbo Dei periret; hinc verisimilius ipsis visum est, potius ubi scriptura brevior est, aliquid omissum, quam ubi longior est, additum fuisse. Quod si utrinque aequale momentum atque periculum est, variaque Lectio tam ex additione, quam ex omissione proficisci potuit, nullam video rationem, cur inclinemus in hanc potius quam in alteram partem. Nam non minus impie factum est, si quis verbo Dei aliquid assuit, quam si quis sciens & prudens aliquid ex eodem detrahit, imo periculum in priori facinore majus esse videtur: potest enimvero sine magno Textus S. detrimento aliqua sententia abesse alicubi, quae in aliis locis frequenter inculcatur; at vero nusquam tuto verba Dei cum verbis hominum permiscentur, &, quasi ejusdem commatis sint, confunduntur. Ita judicat Leus annotatione quinta contra Erasmum: „ Minus, inquit, mea sententia periculi „ est, si quis fateatur subtractum, quam si fateatur additum: quando „ plus detrahitur sapientiae Spiritus, si quis addendum putet, quasi mi„ nus justo sit dictum, quam si per imprudentiam quisquam subtrahat, „ quasi minus potuisset dici". 2. Qui talia assumenta temere in Textum recipiunt, solent plerumque illa reliquo Textu frequentius in ore habere, & tanquam foetum, cui ipsi obstetricati sunt, quique ipsis autoritatem suam debet, majori dilectione prosequi; quo magis alii deinde ab illis recipiendis abhorrent; graviorque suspicio oritur, quae non raro in lites apertas degenerat. Tutiorem igitur, magisque concordiae stabiliendae facientem sententiam eligunt, qui caeteris paribus, cum Codicibus omittentibus contra addentes faciunt. Huc facit dictum Cosmae Indicopleustis: Οὐ χρὴ τὸν τέλειον χριστιανὸν ἐκ τῶν ἀμφιβαλλομένων ἐπιστηρίζεσθαι, τῶν ἐνδιαθέτων καὶ κοινῶς ἐμολογουμένων γραφῶν, ἱκανῶς πάντα μηνυόντων τῶν περί τε τῶν οὐρανῶν, καὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν στοιχείων, καὶ παντὸς τοῦ δόγματος τοῦ χριστιανικοῦ. „ Absit, inquit Zegerus „ in Philem. 6., ut quisquam velit assutitiis hujusmodi verbis convincere „ Haereticos". 3. Atque ita quidem judicaremus, si maxime omnia utrinque paria essent; at vero si longe pluribus ex causis & frequentius factum est, ut aliquid adderetur, quam ut aliquid omitteretur, ultro consequitur, multo esse verisimilius, aliquid in uno codice additum, quam in altero omissum fuisse; Quippe omissionis duas tantum video rationes, negligentiam, quae praecipue in ὁμοιοτελεύτοις sese prodit, & ignorantiam, quando librarius vocem insuetam non intelligens, illam citra sententiae dispendium omnino abesse posse credidit; utriusque causae effectus intra paucos Codices & intra pauca loca debuit subsistere; at vero additionum longe crebrior fuit occasio, quando glossemata margini adscripta postea in Textum recepta sunt; quando ex consuetudine Lectionis Ecclesiasticae vel in principio Lectionis vel in fine quaedam voces, quo sensus esset plenior, additae sunt: quando multo frequentissime unus Euangelista

 ex

ex altero, rem eandem fed paulo prolixius narrante, aut locus aliquis Pauli ex alio parallelo ejusdem loco quafi in fupplementum adauctus fuit;
, Magnus, Hieronymo tefte praefat. ad Damafum, hic in noftris Codi-
, cibus inolevit error, dum quod in eadem re alius Euangelifta plus dixit,
, in alio, quia minus putaverunt, addiderunt. — Unde accidit, ut a-
, pud nos mixta fint omnia, & Marco plura Lucae atque Matthaei, rur-
, fum in Matthaeo plura Joannis & Marci, & in caeteris reliquorum,
, quae aliis propria funt, inveniantur. Cum itaque Canones legeris, qui
, fubjecti funt, confufionis errore fublato, & fimilia omnium fcies, &
, fingulis fua quaeque reftitues.

X. Ubi ex duabus variantibus Lectionibus una totidem iisdemque verbis exprimitur, atque in alio Scripturae loco eadem fententia expreffa legitur, altera vero difcrepantibus, illa huic nequaquam praeferenda eft.

Probabilius enim eft, Librarium φράσιν jam ufu tritam in locum paulo infolentioris fubftituiffe, quam ut contrarium faceret; quo pertinet etiam teftimonium Hieronymi, quod ex parte modo adduximus: , Magnus
, hic, inquit, in noftris Codicibus error inolevit — dum eundem fen-
, fum alius Euangelifta aliter expreffit, ille qui unum e quatuor primum
, legerat, ad ejus exemplum caeteros quoque exiftimavit emendandos.

XI. Lectio cum Stylo cujusque fcriptoris maxime omnium confentiens, caeteris paribus praeferenda eft.

Hoc axiomate, ut nihil apud omnes eos, qui in emendandis veterum fcriptis operam pofuerunt, certius habetur, ita nec in Crifi **N. T.** ex **§.** 2. negligi debet.

XII. Inter duas variantes Lectiones ea, quae magis Orthodoxa videtur, non eft protinus alteri praeferenda.

Lectionem magis Orthodoxam voco illam, qua dogma aliquod inter Chriftianos controverfum, in illis in quibus degit Lector partibus vulgo receptum, confirmari exiftimatur: Lectionem minus Orthodoxam intelligo non manifefte erroneam quidem illam & haereticam, quis enim talem probaret? fed quae neutri parti favet, & fenfum fundit, qui & reliquis Scripturae locis congruens eft, & ab omnibus Chriftianis admittitur. Quin in dubia re hanc Lectionem illi praeferendam effe judico.

Nam 1. Scriptura Sacra non data eft hominibus, praefertim Chriftianis, ut fe invicem perpetuis Difputationibus ex ea refellerent & damnarent; paci deftinatum opus eft, & mutuam caritatem atque tolerantiam ubique fpirat atque inculcat.

2. Variationes illae in tenuiffimis plerumque apicibus confiftunt, ut vel legatur ΟϹ vel ΘϹ, ΚϹ vel ΧϹ, ut articulus item vel apponatur vel omittatur. Quis autem fanae mentis credat fapientiffimam atque benigniffimam Dei providentiam ab iftis apicibus, qui aciem oculorum fugiunt, res tanti

tanti momenti, aeternam nimirum salutem vel perniciem hominum, suspendere voluisse?

3. Orthodoxi τοὺς ἑτεροδόξους haud temere unquam mutatae Scripturae accusarunt; ac sine dubio cum illi τὴν κρατοῦσαν δόξαν, ut Eusebio vocatur, secuti, rerum potirentur, fieri vix potuit, ut opinio dominans, quae dicitur, e libris dominantium a parte adversa viribus inferiori & oppressa eradatur. At vero ipsi Orthodoxi, quorum Manuscripta sola nobis supersunt, haud raro id ultro fatentur, quod probabilibus argumentis fecisse convincuntur, quod nempe Scripturas hinc inde vel immutaverint, vel immutatis certe usi fuerint.

Cum v. gr. urgeretur ab Arianis locus Lucae XXII. 43. 44. Ὀρθόδοξοι ἀφείλαντο τὸ ῥητὸν, φοβηθέντες καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον, teste Epiphanio in Ancorato 31. Et Photio Epist. 138. μηκέτι ἂν σοὶ τοῦ Εὐαγγελίου τόδε τὸ χωρίον περικεκόφθαι, κἂν τισι τῶν Σύρων ὡς ἔφης δοκῇ, εὐπρεπὲς νόμιζε. ἀλλ' ὡς οὐδὲν ἀδύνατον, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἀκόλουθον ἐν αὐτῷ περιεχόμενον καλῶς ἐπιγνοὺς τοῖς ἄλλοις συντάσσων θείοις χωρίοις ἀναμφιβόλῳ γνώμῃ συναναγίνωσκε. Unde isti duo versus non tantum in Basiliensi aliisque Codicibus asteriscis praenotantur, sed in vetustissimo Alexandrino omnino desunt. Et Hieronymo c. Pelag. 2. teste, non nisi in quibusdam exemplaribus tam Graecis quam Latinis inveniuntur: cui concinit σχολίον Graecum Codicis Gall. 55. ἰστέον ὅτι τὰ περὶ τῶν θρόμβων τινὰ τῶν ἀντιγράφων οὐκ ἔχουσι.

Orthodoxi contra, pugnant loco I. Tim. III. 16. de quo Liberatus Diaconus Breviarii Cap. 19. sequentia habet: ‚ Hoc tempore Macedonius ‚ Constantinopolitanus Episcopus ab Imperatore Anastasio dicitur expul‚ sus, tanquam Euangelia falsasset, & maxime illud Apostoli dictum: *Qui* ‚ *apparuit in carne, justificatus est in spiritu.* Hunc enim immutasse, ‚ ubi habet oc, id est, *qui*, monosyllabum Graecum, litera mutata o in ‚ ϴ vertisse, & fecisse ϴc: i. e. ut esset: *Deus apparuit per carnem.* ‚ Tanquam Nestorianus ergo culpatus expellitur per Severum Mona‚ chum'. Haec Historia alio modo narratur a Victore Tunnunensi in Chronico: ‚ Messalla, inquit, V. C. consule (i. e. A. C. 506.) Constan‚ tinopoli, jubente Anastasio Imperatore, Euangelia tanquam ab Idiotis ‚ Euangelistis composita reprehenduntur & emendantur'. Liberatum etiam Hincmarus exscripsit, cujus Opusc. Cap. 18. haec verba sunt: ‚ Quidam nimirum ipsas Scripturas verbis inlicitis imposturaverunt, sicut ‚ Macedonius Constantinopolitanus Episcopus, qui ab Anastasio Impera‚ tore ideo a Civitate expulsus legitur, quoniam falsavit Euangelia, & ‚ illum Apostoli locum, ubi dicit: *Quod apparuit in carne, justificatum* ‚ *est in spiritu*, per cognationem Graecarum Literarum o in ϴ hoc mo‚ do mutando falsavit; ubi enim habuit *qui* hoc est oc. monosyllabum ‚ Graecum, litera mutata o. in ϴ vertit & fecit ϴc i. e. ut esset: *Deus*

„ *apparuit per carnem.* Qua propter tanquam Neſtorianus fuit expulſus"; eandem Scripturae corruptionem Fulbertus Carnotenſis Epiſt. I. ad Adeodatum Macedonio impingit. Ubi recte obſervavit Pearſonius in Expoſit. Symboli, Macedonio aut Neſtorianis hanc mutationem tribui non poſſe, quia ipſorum placitis aperte contradicat. Unde ſequitur narrationem Victoris, qui mutationem hanc Anaſtaſio atque Eutychianis tribuit, eſſe probabiliorem.

Orthodoxi porro utuntur loco I. Cor. X. 9. a Marcione immutato, ut teſtatur Epiphanius, qui legit: Μηδὲ πειράζωμεν τὸν Κύριον. Additque ὁ δὲ Μαρκίων ἀντὶ τοῦ κυρίου Χριστὸν ἐποίησε.

Judae vers. 4. Editio Complutenſis, reclamantibus omnibus MSS. ita legit: τὸν μόνον Θεὸν καὶ δεσπότην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, quae Lectio quod Orthodoxiae patrocinatur, mirifice ſeſe Bezae commendavit. „ Unicus, „ inquit, articulus, omnibus epithetis iſtis communis, omnino oſtendit, „ Chriſtum hic vocari *unicum herum*, *Deum*, *ac Dominum*; quamvis „ *Dei* nomen non legerit vetus Interpres, & in duobus Codicibus Grae- „ cis deeſſe compererim. Sed intolerabilis eſt plane hoc etiam loco Eraſ- „ mus, ut aliis omnibus, quibus Chriſti deitas manifeſte aſſeritur, ut qui „ hunc locum ſic interpretando penitus perverterit: *ac Deum qui ſolus* „ *eſt herus, ac Dominum noſtrum Jeſum* &c. perinde ac ſi ſcriptum eſſet, „ καὶ τὸν κύριον, ut Deus pater a Domino Jeſu diſtinguatur. Complutenſis „ autem Codex habet . . . . . . quae lectio melius etiam confirmat, om- „ nia haec de Chriſto dici". Ubi Bezae potius judicandum fuerat, pia fraude admiſſa neque bene quicquam neque *melius confirmari* poſſe.

Orthodoxi hodie loco I. Jo. V. 7. tanquam palmario utuntur. Illum vero Complutenſes ediderunt, non ad fidem Graeci alicujus exemplaris, (aberat enim, teſtibus Eraſmo & Stunica, a Vaticano atque Rhodienſi Codice MSto.) ſed ex authoritate S. Thomae & Vulgatae Latinae Verſionis. Eraſmus etiam licet iſtum locum primo omiſiſſet, poſtea tamen repoſuit „ ex Codice quodam, ut ait, Britannico, ne cui ſit cauſa calum- „ niandi. Quanquam & hunc, inquit, ſuſpicor ad Latinorum codices „ fuiſſe caſtigatum. Poſtquam enim Graeci concordiam inierunt cum „ Eccleſia Romana, ſtuduerunt & hac in parte cum Romanis conſenti- „ re". Eraſmum Stephanus, fruſtra contradicentibus omnibus quos habebat MSS. Codicibus, ſecutus eſt. Iidem Orthodoxi ut argumentum e vers. 7. petitum fortius ſtringeret, verba octavi verſus, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν, in uno Codice Graeco, Britannico ſupra dicto & in aliquot Latinis deleverunt, quam corruptionem etiam Complutenſis Editio praeeunte S. Thoma approbavit.

4. Quin & alia loca aliquot ceu graviſſima Scripturae teſtimonia ac firmiſſimum Orthodoxae ſententiae praeſidium producuntur, de quibus apud

apud omnes veteres, etiam iis locis, ubi ex professo controversias eo pertinentes tractant, altum est silentium: quis autem facile credat, diligentiam antiquorum eadem illa loca fugisse, aut tam imperite illos causam suam defendisse, ut, undique omnibus Scripturae locis in patrocinium sententiae suae conquisitis, praecipua tamen & ante oculos omnium posita loca praeterierint! quod si enim habuerunt eadem illa testimonia, quibus nostri pugnant, cur ea producere supersederunt?

5. Constat Editores librariosque juniores loca Patrum varie mutasse, & ad formulas postea usitatas accommodasse; quid inde concludi possit, malo verbis Dionysii Corinthii ex Eusebii H. E. 4, 23. exprimere quam nostris: Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν ὡς ῥαδιουργηθεισῶν ταῦτα φησιν. Ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι ἔγραψα· καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγεμίκασιν, ἃ μὲν ἐξαιροῦντες ἃ δὲ προστιθέντες, οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. Οὐ θαυμαστὸν ἄρα, εἰ καὶ τῶν κυριακῶν ῥαδιουργῆσαι τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.

Clemens Alexandrinus locum ex Psalmo XXXIV. 9. γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος, etiam I. Pet. II. 3. repetitum aliquoties citavit, in editis ubique χρηστὸς in Χριστὸς, & Κύριος aliquando in Θεὸς mutatum fuit p. 42. 77. 286. & 422. & in Versione diserte expressum est: *videte quod Christus est Deus*; pro eo quod Clemens scripserat: *videte quod bonus sit Dominus*. Idem etiam factum est apud Gregorium Nazianzenum Oratione in S. Baptisma, ut deprehendimus.

Origenes c. Celsum. l. 1. p. 49. locum I. Tim. I. 15. ita citat: Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ θεὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον; verba autem ὁ θεὸς tum in Editionibus N. T. tum in MS. Origenis Basiliensi & in Latina Porsenae Versione desunt; l. 6. p. 323. ὁ θεὸς τὸν θεὸν τὸν υἱὸν ἔπεμψεν, verba τὸν θεὸν a MS. & Versione absunt.

Gregorius Nazianzenus typis editus Orationem contra Arianos concludit his verbis: ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν: utrumque vero MS. Basiliense pro θεῷ habet κυρίῳ.

Athanasius Comelini locum Act. XX. 28. legit ἐκκλησίαν θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, in fine autem fit mentio Codicis MS, qui legat Χριστοῦ pro θεοῦ, alii legunt κυρίου. Utro modo ab Athanasio scriptum fuerit, docet ipse contra Apollinarem: οὐδαμοῦ δὲ, inquit, αἷμα θεοῦ καθ' ἡμᾶς παραδεδώκασιν αἱ γραφαί· Ἀρειανῶν τὰ τοιαῦτα τολμήματα. Quid quod nec ipse Athanasius junioribus ὀρθοδοξοτέροις scilicet satis orthodoxus fuit? hinc est quod cum in Margine MS. Basiliensis quae paginae 32. Edit. Comel. respondet, ad mentem Athanasii notatum fuisset, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ τοῦ θεοῦ λόγου, verbis postremis sublatis alius adscripsit, ὁ πατὴρ, ὁ υἱὸς, καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα. In eodem MS. ad locum qui paginae. 74. Edit. Comel. respondet, notaverat eruditus librarius, ὅτι ἕνα καὶ

μόνον θεὸν τὸν πατέρα λέγει, καὶ πῶς κατιὼν λέγει θεὸν τὸν τοῦ ἑνὸς θεοῦ λόγον. ὅπερ ἴδιος καὶ τῇ γραφῇ, ὅτι μία ἄναρχος ἀρχὴ κατὰ πάντα. καὶ αὐτη τοῦ κυρίου [vel υἱοῦ] καὶ τοῦ πνεύματος φύσει ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ὡς ἐξ αὐτοῦ ὄντων. Quod σχόλιον Cornelinus de industria suppressisse videtur, nimirum quia non ad praescriptum formulasque magni aetatis ejus Doctoris verba concepta erant.

Cyrillus Scholiorum Cap. 12. editus locum I. Tim. III. 16. legit θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, apud Oecumenium vero & in tribus quos vidi MSS. Codicibus pro θεὸς legitur ὃς, ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῷ ιβ. κεφαλαίῳ τῶν σχολίων φησιν, ὃς ἐφανερώθη &c. quo pertinet, quod Cyrillus, cum alias frequentissime locum ex Baruchi Apocryphi c. III. 37. οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν -- ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη ad partes vocet, nullam loci istius Paulini faciat mentionem.

Quid quod multi hujus aetatis Ecclesiae Doctores mutata veteri liturgia, baptizant „ in nomine Dei patris, Dei filii & Dei Spiritus Sancti", precanturque „ ut Caritas Domini nostri Jesu Christi, Dilectio Dei Pa„ tris, & Communio Dei Spiritus Sancti nobiscum maneat"? mutaturi sine dubio, si semel populo haec placere intellexerint verba Christi atque Pauli Matth. XXVIII. 19. & II. Cor. XIII. 13.

6. Denique & pius scilicet impostor aliquis seculi circiter noni, ementitus Hieronymi nomen, Epistolis Canonicis prologum praefixit, locumque I. Jo. V. 7. Latinae Versioni, ut ipsemet fatetur, primus inseruit; facile quidem videre se praefatus, fore qui ipsum falsarium corruptoremque Sanctarum pronunciarent Scripturarum, quam criminationem ut a se amoveret, aliis eandem intentavit de illo praecipue loco, ubi de unitate Trinitatis in prima Joannis Epistola positum legimus. ‚ In qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate, comperimus, trium tantummodo vocabula h. e. *Aquae*, *Sanguinis* & *Spiritus* in ipsa sua editione ponentibus, & *Patris Verbique ac Spiritus* ‚ Testimonium omittentibus; in quo maxime & fides Catholica roborature, & Patris ac Filii & Spiritus Sancti una divinitatis substantia comprobatur'. Qui prologus, licet plurimos Codices N. T. Latinos invaserit, nusquam tamen inter genuina Hieronymi opera comparuit, sed ab Erasmo, a Mariano Victorio, a Benedictinis, postea etiam a Simonio atque Millio jure rejectus & spuriis annumeratus est.

7. Neque vero ab ipsis libris sacris homines ejus farinae fraudulentas manus abstinuisse facilius credet, si quis cogitaverit, cum quaestiones περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεολογίας τε καὶ οἰκονομίας integra examina otiosorum atque litigiosorum Monachorum, imo omnium fere hominum animos & ora & libros occuparent, fieri aliter vix potuisse, quin aliquando librarius aliquis, partibus scilicet suis addictam habens manum, non id scriberet, quod in veteri quem ante oculos habebat Codice reperiebat, sed id quod ipse

ipse a pueritia animo imbiberat, praecipue ubi commoda sese videbatur offerre occasio, sententiam Catholicam praeclare adstruendi.

Hujus rei vestigium deprehendi in Codice Prim. 2. ubi in loco I. Tim. III. 16. lineola, quae alias literis ΘC, quibus τὸ Θεὸς per compendium scribi consuevit, aequali distantia imminet, crassiori atque imperitiori ductu ita exarata est, ut aliam manum perspicue satis prodat. Simile facinus in Codice Alexandrino & quidem eodem in loco admissum comperi, quod Millius ita describit: , Audaculi nescio cujus atque orthodoxi , si placet manum offenderam, qui quod lineolam istam tenuem [qua ΘΕΟ- , τα ab ὁ τῷ μικρῷ distinguitur] haud observasset , pinguiori alia in medio , literae ducta virgulaque superna atramento aliquantulum incrassata, cu- , ravit ut emendate legeretur in posterum ΘC'. Ut hic non repetam ex superiori Cap. IX. quid in novissima Editione Versionis Syriacae illustri loco I. Jo. V. 7. acciderit.

8. In eadem nobiscum sententia fuit Erasmus contra Leum in I. Tim. I. , Quod Graecis hic additur *sapienti*— suspicabar additum adversus Aria- , nos— Porro quod Leus mecum atrocibus verbis litigat, quod dixe- , rim quaedam addita ab orthodoxis adversus haereticos , sine causa liti- , gat. Nec enim mihi placuit unquam , ut hujusmodi fucis tueamur , Christi doctrinam: imo frequenter admoneo , ne id fiat— Temerarius , prophanator est, qui vel addit vel adimit : Fateor. Quid hoc ad me? , Ego sciens nec addo nec adimo; imo quod quidem est in me do ope- , ram, ne quid addatur aut adimatur. Tota igitur haec tam calida ad- , monitio, vel rixa potius, nihil ad me pertinet'. Et in I. Jo. V. 7. , Leus, , inquit, non adeo caecutit, quin videat hinc Ecclesiae nihil esse pericu- , li— verum haec exaggerat, quo mihi moveat odium ac seditionem, , qui fuit unicus illi scopus, quum hoc laboris susciperet. Nunc audia- , mus tubam illius seditiosam , qua conatur orbem ad tumultum concita- , re , non alia re fretus , quam quorundam stoliditate & odio coeco; , deinde quod intelligit, paucis otium futurum , ut haec legant, aut si , legerint, non vacaturum, ut legant attente. Donet illi Deus, ut ali- , quando habeat tantum ingenii ad benefaciendum, quantum apparet illi , esse mentis ad nocendum: & tantum illi contingat venae ad benedicen- , dum, quantum valere videtur ad maledicendum. Sed nunc audiamus , ipsum sua verba sonantem: „ Et nunquid, inquit, putas hic bis trium- „ phaturos haereticos , tum quod tam insignibus contra se testimoniis „ liberentur , tum quod fas arbitrabuntur in nos retorquere crimen , „ quod Sacrae Scripturae per nos vitiatae sunt, quodque imposturis ac , Sycophantiis contra se hactenus certatum sit". , Primum quis liberat , haereticos his insignibus testimoniis ? nonne manet Ecclesiae sua lec- , tio? An fidei prora & puppis in hoc periclitatur, si rescissant haeretici

,esse

, esse diversam lectionem? At illos hoc docuit Hieronymus & Epiphanius; docent hoc libri Graeci, quos expediebat exuri, si tantum erat periculi. An bis triumphabunt haeretici, sublato duorum horum locorum praesidio? At ego ne semel quidem arbitror triumphaturos, etiamsi tota haec Epistola intercidisset, — Quod si haeretici calumniabuntur Scripturas a nobis vitiatas, an mihi hoc imputandum censet? Jam si semel collabitur omnis autoritas Scripturae, uno aut altero loco vitiato, quantum est periculi, quod passim libri nostri tot mendis scatent? Nullus haereticorum usque adeo caruit fronte, ut ob unum locum depravatum abrogarit fidem caeteris omnibus &c'. Item adversus Stunicam p. 326. qui tanquam conclusionem suspectam & scandalosam ex annotationibus Erasmi excerpserat sequentia verba: *Compertum locis aliquot addita quaedam ab Orthodoxis, ad excludendos aut refellendos haereticorum errores*: ita mentem suam explicat Erasmus: , Stunica fortasse somniat, me vocare orthodoxos, Sanctos ac probatos Ecclesiae patres; etiam fures, lenones & adulteri sunt orthodoxi. Ista quae queror fiunt nonnunquam a scribis eruditulis. Et hoc esse factum aliquot locis doceo'. Et adversus Hispanos p. 877. , Quod si quis contendat, nihil omnino per Scribas orthodoxos depravatum in sacris Codicibus, apud eruditos nihil aliud lucri faciet, quam risum, quum & veteres Scriptores, & ipsa res aliud loquantur. Quod si hoc est derogare Sacrae Scripturae, crimen est mihi cum sanctissimis probatissimisque viris commune, & mira est scribarum potestas, si possunt abrogare Scripturis autoritatem'. Erasmum primi Reformatores Oecolampadius atque Lutherus, & post ipsos vir summus Hugo Grotius, aliique, quorum minor est autoritas, secuti sunt.

XIII. Inter duas Graecorum Codicum variantes Lectiones ea, quae cum antiquis Versionibus consentit, non est alteri facile postponenda.

Contra hanc regulam saepius peccavit Erasmus, cui cum Versio Latina tanquam semibarbara valde displiceret, hoc fastidio abreptus quam potuit saepissime ab ea recedendum sibi putavit, quem postea omnes fere, qui ab Ecclesia Latina dissentiunt, certatim secuti sunt. At vero meminisse oportebat, Versionem hanc esse non Doctoris alicujus Pontificii, sed Hieronymi, qui eam adornavit, Codicum Graecorum emendata Collatione; sed veterum, quod de iis, qui primi N. T. Graecum typis ediderunt, vere praedicare non possumus.

XIV. Testimonia SS. Patrum pro asserenda vera Lectione N. T. maximi sunt ponderis.

Quod si quosdam audias, Patres in Scriptura citanda fuerunt negligentissimi, quippe quum locus Scripturae idem a diversis & saepe ab uno eodemque Patre aliter atque aliter adducatur, addunt, detrahunt pro lubitu,

tu, ita ut ex eorum scriptis, ubi verba Scripturae adducunt, nihil certi colligi possit. Nos contrarium experti statuimus, Patres sive Commentarios in integros libros, sive Homilias in certam Sectionem scribant, vel dogmata controversa tractent, singulis contextus sacri vocibus accuratissime insistere, & omnia verba ponderare. Qui, quum & alioqui frequentissime ad loca Scripturae alludant, vel inde patet, quam exercitatos in iis habuerint sensus; cumque plerique vitam solitariam sectarentur, & quotidie Scripturam vel legerent vel decantarent, vel memoriae mandarent, cum item alii aliorum labores exscriberent, quis credat tantam Varietatem Lectionum, tantamque licentiam ab iisdem esse profectam?

Imo potius longe maxima pars Variarum Lectionum, quae nunc conspiciuntur, ab his, qui Patrum scripta typis edi curarunt, conficta est: hi enim fere in locis Scripturae, 1. Non Codicem MS., quem edendum susceperunt, sed exemplaria N. T. typis edita secuti sunt; ita Sylburgius licet ipse fateatur in MS. Palatino Clementis Alexandrini legi νήπιοι I. Thess. II. 7. & licet totus orationis contextus eandem lectionem postularet, non dubitavit tamen rejecta illa vulgatum ἤπιοι in Textum recipere. Quin innumeris aliis in locis paria ausos esse Editores ex αὐτοψία & collatione MSS. cum editis didici, quae singula proferre longum, nec fortassis Lectori gratum esset. 2. Hinc in Commentariis Patrum talis haud raro Scripturae Textus exhibetur, qui cum subjecta explicatione plane non convenit; quia nimirum Editores Textum, qui in Editis ac junioribus Codd. habetur, expresserunt, cum Patres Lectionem vetustiorum Codicum secuti fuerint, quod etiam Millio aliisque compluribus observatum est. 3. Ubi Patres locum ex Euangelio aut ex Epistola aliqua citant, non nominato tamen libro, unde desumtus esset, editores saepissime locum parallelum ex alio Euangelista aut ex alia Epistola in margine adnotarunt, & V. L. ubi nullae erant, exsculpserunt. Exemplum modo protulimus Cap. VI. cum de Clemente Alex. ageremus. 4. Multo frequentius hoc Latinis Patribus, & Latinis Graecorum Patrum Versionibus accidit, ut ad Vulgatam Versionem N. T. Latinam ab Editoribus Romanae Ecclesiae addictis castigarentur; quod etiam a Luca Brugensi, Simonio, aliisque pridem demonstratum fuit.

Nolim ergo simpliciter subscribere isti quorundam Criticorum Regulae: *Ne omnis utilitas detrahatur citationibus Patrum, hoc illis relinquendum, si eorum citatio cum editis exemplaribus & cum MS. Textu consentiant, quod eum firment ac fulciant.* Quin potius contrarium statuo: consensum nimirum Patrum editorum cum Codicibus N. T. editis saepe merito suspectum esse; & quoties dissentienti a vulgatis Editionibus, atque a se ipso, prout editus est, Patri consentiat vetus aliquis Codex MS. hanc Lectionem pro genuina Patris, atque adeo scriptoris

 sa-

ſacri habendam, & vulgo editae praeferendam eſſe.

XV. Silentium Patrum circa Lectionem controverſam, ipſorum jam temporibus ſententiam firmantem, ſuſpectam eam reddit.

1. Quia Patres in Bibliis exercitatiſſimos fugere haud potuit ipſorum cauſae adſtruendae mirifice faciens Scripturae locus. 2. Quia fieri nequit, ut qui gladium & clypeum manu tenet, urgente periculo tamen eo non utatur.

XVI. Magnopere cavendum eſt, ne noſtra faciamus errata eorum, qui V. L. collegerunt, vel typothetarum.

1. Vano labore inquireres loca, ubi falſo ſaepe vel Codices MSS. vel Patres, vel Verſiones pro certa lectione adduxerunt Beza, Grotius, Millius aliique. 2. Ex Verſionibus Orientalibus V. L. eliciunt, ubi tamen ſententia a punctis vocalibus, quorum poteſtas arbitraria eſt, pendet. 3. Saepe etiam errata typothetarum pro V. L. habent. 4. Exiſtimant aliter lectum fuiſſe, ubi tota variatio a diverſa tantum conſtructione oritur. v. gr. Rufinus in Joſuam Hom. 8. putavit, in Graeco Origenis, quem interpretatur, locum Col. II. 15. lectum fuiſſe *in ligno*, cum pro eo quod nos habemus ἐν αὐτῷ, Origenes legerit ἐν αὐτῷ, illudque non ad *Chriſtum*, ſed ad σταυρὸν, cujus mentio praeceſſerat, retulerit. Simili modo deceptus fuit P. Allixius, exiſtimans Theodorum Abucaram loco Matth. XVI. 18. legiſſe: πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι σου, cum ille legerit quidem ut nos, ſed cum Origene Epiphanioque pronomen αὐτοῦ non ad proximum vocabulum ἐκκλησίαν ſed ad v. πέτραν hoc eſt *Petrum* retulerit. 5. Unicum Codicem pro duobus, imo tribus aut quatuor citant, atque ficta iſta teſtium multitudine in aſſerenda ea quae ipſis placet lectione pugnant. In quo Beza praecipue erravit, cujus errores tota Theologorum ſchola ſecuta eſt. 6. Omnes Codices, quorum ab editis diſſenſus non notatur inter conſentientes & lectionem editam firmantes numerant; cum tamen ſaepe vel Codex eſſet mutilus, ita ut ſciri non potuerit, quid legerit; vel revera variaret, variatio autem ab eo, qui codicem cum editis feſtinanter atque negligenter conferebat, non obſervaretur. Quo vitio frequenter laborant Bezae Annotationes.

XVII. Lectio, quae vetuſtior eſſe probatur, caeteris paribus, praeferenda eſt.

Hanc regulam ita effert Whitbyus, Examinis V. L. p. 28. „ Lectiones Variantes a MSS. deſumtas, quas nec antiqui Patres nec Graeci Commentatores, nec Verſiones vetuſtiſſimae agnoverunt, jure optimo rejiciendas eſſe nemo inficiabitur". Quam legem ſi ſerio etiam ſibi ſcripſit, cogetur ſane quamplurimas Lectiones, quae vulgatas Editiones pridem occuparunt, & quarum defenſionem toto eo volumine ſuſceperat, abjicere, utpote nec antiquis Patribus, nec Graecis Commentatoribus,

bus, nec Verſionibus antiquioribus, addo nec Codicibus vetuſtiſſimis cognitas.

Hoc argumento pugnat *Irenaeus* l. 5. c. 30. pro aſſerenda lectione Apocal. XIII. 18. ,, His, inquit, ſic ſe habentibus, & in omnibus anti-
,, quis, & probatiſſimis & veteribus ſcripturis numero hoc poſito— igno-
,, ro quomodo erraverunt quidam &c'. Quae apud Euſebium H. E. V. 8. Graece ita leguntur; τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ ἐν πᾶσι δὲ τοῖς σπουδαίοις καὶ ἀρχαίοις ἀντιγράφοις τοῦ ἀριθμοῦ τούτου κειμένου κ. λ. *Tertullianus* adv. Marc. IV. 2.
,, Ego meum dico verum, Marcion ſuum. Ego Marcionis affirmo adul-
,, teratum, Marcion meum. Quis inter nos determinabit niſi temporis
,, ratio, ei praeſcribens autoritatem, quod antiquius reperietur, & ei
,, praejudicans vitiationem, quod poſterius revincetur. In quantum enim
,, falſum corruptio eſt veri, in tantum praecedat neceſſe eſt veritas fal-
,, ſum.— Alioquin quam abſurdum, ut ſi noſtrum antiquius probaveri-
,, mus, Marcionis vero poſterius— id verius exiſtimetur, quod eſt ſe-
,, rius? — His fere compendiis utimur, cum de Euangeliis adverſus
,, haereticos expedimur, defendentibus temporum ordinem poſteritati
,, falſariorum praeſcribentem'. *Cajus*, Irenaei Diſcipulus, apud eundem Euſebium l. 5. c. 24. contra Theodori corruptiones ita pugnat: οὐδὲ γὰρ ἀρνήσασθαι δύνανται αὐτῶν εἶναι τὸ τόλμημα, ὁπόταν καὶ τῇ αὐτῶν χειρὶ ᾖ γεγραμμένα, καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν μὴ τοιαύτας παρέλαβον τὰς γραφὰς, καὶ δεῖξαι ἀντίγραφα, ὅθεν αὐτὰ μετεγράψαντο, μὴ ἔχωσιν. Hinc illa *Scholiaſtarum* ad Jo. VIII. τὰ ὠβελισμένα ἐν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖνται — ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖνται — & διὰ τοῦτο μετὰ ἀστερίσκων ἐτέθησαν τὰ περὶ τῆς μοιχαλίδος, ἐπειδὴ εἰς τὰ πλείω τῶν ἀντιγράφων οὐκ ἔγκειται, πλὴν εἰς τὰ ἀρχαιότερα ηὕρηνται. *Maximus* Dialog. 3. p. 124. de loco ad Roman. C. VIII. 11. Ἔχομεν δεῖξαι, ὅτι ἐν ὅλοις τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις οὕτω γέγραπται. *Auguſtinus* Epiſtola 19. ,, Ma-
,, nichaei, inquit, plurima Scripturarum divinarum, quibus eorum nefa-
,, rius error clariſſima ſententiarum perſpicuitate convincitur, quia in a-
,, lium ſenſum detorquere non poſſunt, falſa eſſe contendunt, ita tamen
,, ut eandem falſitatem non ſcribentibus Apoſtolis tribuant, ſed neſcio
,, quibus Codicum corruptoribus. Quod tamen, quia nec pluribus ſive
,, antiquioribus exemplaribus, nec praecedentis linguae autoritate (unde
,, Latini libri interpretati ſunt) probare aliquando poterunt, notiſſima
,, omnibus veritate ſuperati confuſique diſcedunt'. *Hieronymi* teſtimonium §. 13. vidimus. *Caſſiodorus* de Divin. Lect. c. 15. ,, Duorum,
,, inquit, vel trium priſcorum emendatorumque Codicum autoritas in-
,, quiratur, ſcriptum eſt enim, in ore duorum vel trium teſtium ſtabit
,, omne verbum.

XVIII. Lectio plurium Codicum, caeteris paribus, eſt praeferenda.

Si quis hanc Regulam Hebraice ſcriptam malit, reperiet in libro *Coſri* P. 3. §. 25. 26. his verbis:

מה האמר אם ימצא חלוף בספר אחד או בשנים ושלשה : יעיינו ברוב הספרים בי הרבים לא יעבור עליה הכזב ויניחו היחידים:

Hanc etiam Auguſtini fuiſſe ſententiam, ex modo indicato loco vidimus. Minime omnium vero, quod quibusdam placet, Codices typis expreſſi ſinguli pro totidem teſtibus habendi ſunt, quo pacto Manuſcriptos numero ſuo vincerent, omnemque emendationem excluderent, ſed in memoriam revocandum eſt, omnes vulgatas Editiones non niſi ex duobus non optimae notae Codicibus uno Eraſmi, Complutenſium altero prodiiſſe.

Quae tamen Regula locis dubiis atque controverſis non magnam lucem affert; tum quia prompta eſt exceptio, caetera non eſſe paria: tum quia libri veteres, quorum maxima debet eſſe autoritas, pauciſſimi ad nos pervenerunt, ad quos comparati juniores omni pondere deſtituuntur. Codices autem pondere non numero aeſtimandi ſunt.

XIX. Nihil prohibet, Lectionem a typis edita & vulgo recepta diverſam in Textum recipere, non tantum ubi idoneis argumentis aſſeri poteſt, verum etiam ubi adhuc dubitatur, utra utri ſit praeferenda.

1. Quod Lectio ſpuria certis indiciis cognita genuinae item cognitae cedere debeat, probatione haud eget; hoc jure liberaliter ſane uſus eſt Eraſmus in recenſendo Textu N. T.; idem fecit Beza, idem omnes interpretes, Lutherus, Piſcator, atque Polanus in Verſione Germanica, Tremellius in Verſione Syra, Caſtalio in Latina, alii in Gallica &c. Neque idonea ratio afferri poteſt, quo minus hodie eodem jure uti liceat, poſteaquam nobis jam multo major teſtium numerus, adeoque ad recte judicandum amplior facultas ſuppetit.

2. Aliter quidem videntur ſenſiſſe, qui hoc & ſuperiori ſeculo officinis Typographicis aut ſcholis praefuerunt, ſatis eſſe nempe putabant, ſi Variantes Lectiones cujuscunque generis vel margini, vel imae paginae, addita Criſi, quanti ſingulas facerent declarantes, apponerent, minime autem licere ſibi judicabant, lectionem, quae ſemel Textum occuparat, loco ſuo movere. Cui ſententiae etiam Capellus, credo ut invidiam Theologorum declinaret, ſubſcripſerat, a Buxtorfio male acceptus eo nomine, qui hanc *futilem incruſtationem* appellat Cap. XV. Partis 1. Anticriticae. Ubi enim ille dixerat; „ ſic fore ut maneat integer & illibatus „ Textus hodiernus", hic vere & graviter: „ maneret, inquit, integer „ & illibatus Textus in loco ſuo, ſed non in mentibus, & judiciis homi- „ num, absque quo vilis admodum eſt ejus integritas. Quod ſi in margine

„ gine infinitae adduntur ſenſu diſcrepantes variae Lectiones, conjectu-
„ rae, judicia, quibus de errore, de falſitate, de incommoditate, & in-
„ convenientia arguitur, & (ut jactatur) etiam certis & indubitatis argu-
„ mentis convincitur, annon multum ſatis de ejus integritate ac ſinceri-
„ tate decerpitur ac delibatur"? Buxtorfii autem verba eo libentius ad-
ſcripſi, quod in ipſum minime omnium ſuſpicio cadit, quaſi, id quod
nonnulli de noſtra ſententia criminantur, periculoſae licentiae portam a-
perire, aut Editoribus nimium permittere voluerit. Idem Part. 2. Cap.
5. poſtquam expoſuiſſet, quaſdam Editiones exprimere Lectiones Orien-
talium, ſubjungit: „ Eandem libertatem per me uſurpare poſſunt etiam
„ quivis, ut ſi vel meliorem vel convenientiorem judicaverint ſcriptio-
„ nem Orientalium, quam Occidentalium, eam ſequantur". Et Capite
eodem, quod ſupra indicavi: „ Quod ſi ergo Lectiones multae Codicis
„ hodierni non ſint cohaerentes, non conſentientes cum reliquis ſui cor-
„ poris partibus, alienae, extraneae, falſae, mendaces, rejiciendae, quae
„ ratio ſuadere poterit, ut meliores ex aliis Codicibus antiquioribus, aut
„ aeque antiquis erutas in marginem rejiciamus, & deteriores in Textu
„ relinquamus, ut hae illis cedant? & p. p. „Quamvis neſciam, quid im-
„ pedire debeat, ſi lectio alia ab hodierna in Codice aliquo mihi poſſit
„ demonſtrari, & invictis rationibus & argumentis probari, Lectionem
„ illam eſſe veriorem, meliorem, convenientiorem: nam in his locis ma-
„ jor eſt dignitas & autoritas illius Codicis, qui veram Lectionem conti-
„ net, major etiam antiquitas juxta hypotheſes praecedentes, id eſſe an-
„ tiquiſſimum, quod eſt veriſſimum, neque fieri poſſe, ut error veritate
„ ſit antiquior; quamvis, inquam his conſideratis non videam, quid im-
„ pedire poſſit aut debeat, quominus in hoc caſu lectio hodierni Codicis
„ expungatur, & altera inſeratur". Hanc libertatem Frid. Spanhemius
Theologus inprimis orthodoxus poſt Bezam eousque extendit, ut in lo-
cum Textus recepti meras conjecturas aliquando ſubſtituendas eſſe diſer-
te doceat: „ In eo vero, inquit, hallucinatur Cornelius a Lapide, quod,
„ quamvis *Cainan* fateatur perperam intruſum fuiſſe in contextum Lu-
„ cae, velit tamen eum retineri ad cavendam offenſionem. Si enim *Cai-*
„ *nan* ipſi videtur ὑποβολιμαῖος, cui bono retinendum cenſet? Adde of-
„ fenſam non caveri, ſed potius ejus materiam praeberi, quando retine-
„ tur *Cainan*, & Lucas committitur cum Moſe". Dub. Euang. P. I.
23. §. 23.

3. Doctis & idoneis harum rerum arbitris parum refert, quo loco quid
legatur, neque enim illi ab Editoris judicio pendent, quibus perinde eſt,
ſive medium, ſive marginem, ſive infimum locum aliqua Lectio obtineat,
dum idoneis rationibus adſtrui & confirmari poſſit: ac valde rudes atque
imperiti rerum ſint neceſſe eſt, ſi qui in errorem abduci ſe patiuntur, eo

quod genuina Lectio non locum dignissimum occupat: qua puerilis pene atque ridiculi erroris culpa vix liberare possumus viros alioqui acutos, qui Gallicam N. T. conversionem, quae Montensis vulgo dicitur, ediderunt: etenim cum uterentur Editione Graeca Roberti Stephani in folio, Lectionibus quae in margine sunt omnino neglectis, pro Textu Graeco constanter citant eam lectionem, quae in eodem Codice medium obtinet locum, licet frequenter contrastantibus omnibus MSS. Codicibus; quo nomine Simonio, nec immerito sane, vapulant. Nam quid hoc aliud est, quam omnes Patres, Versiones atque Codices antiquos, Consensumque totius Ecclesiae veteris flocci facere, R. autem Stephano typographo, autoritatem tantum non divinam, ceu qui falli non potuerit, tribuere?

Posterior asserti nostri pars, qua Lectiones dubias in Textum recipiendas esse statuimus, audacula forsan videri possit, licet summa aequitas haud secus postulet.

1. Sunt enimvero religiosi usque eo quidam homines, ut nonnisi evidentibus demonstrationibus, quales harum rerum natura non recipit, & omni exceptione majoribus argumentis, Textum semel receptum mutari posse existiment, cum interim non cogitent, ipsum hunc Textum multis in locis infirmo talo, nec ulla nisi Typographorum autoritate fultum stare; nostra vero haec sententia est, ut velimus testes produci utrinque, & omnia ex utraque parte ad inculpatae rationis trutinam exigi, locum denique suum huic Lectioni concedi, quae sese majori probabilitate aut evidentia commendat, pluribusque aut fide dignioribus testibus asseritur. Quod si vero exorta super aliqua lectione controversia, sive Erasmus, sive Stephanus, sive Beza, seu qui ipsos sequuntur, tenentur haud secus testes, quorum fidem secuti in recensendo Textu fuerint, producere atque ego; & si ubi Testimonia deficiunt, aut producti testes non videntur rem liquido probare, dijudicari nequit, quae potissimum lectio vera sit atque genuina, judiciumque necessario suspendendum est, donec major undecunque lux affulgeat; ut res aequa lance ponderetur, utique utraque lectio, cum neutra deterioris sit conditionis, oculis lectoris aequali modo subjicienda est, ne verior fortassis Lectio, perpetuo in inferiorem atque alienum locum detrusa, vel eo nomine paulatim vilescat, ac velut indicta causa hoc est omisso examine damnetur. Quare sine dubio non abs re erit, si alia Editio diversa a vulgo receptis curetur, in qua Lectiones, quae hactenus sine causa jacuerant, in vicem aliarum, quae potiores non sunt, in Textum receptae appareant.

2. Ut jam de varia scribendi ratione & distinctione versuum, quae in Textu recepto haud raro vitiosa est, brevibusque atque adeo obscuris scholiis vix indicari nedum emendari potest, nil dicam; quod si variae

Lecti-

Lectiones omnium conſpectui exponendae ſunt, ita ſine dubio exponendae erunt, ut vera Lectio per eas eruatur, non obruatur. In editis vero adhuc Codicibus cum V. L. ingens illa & indigeſta earum moles vel lectores omnino a legendo abſterruit, ut vix ulli inſpicere vacaret: vel certe plerisque ſuſpicionem praebuit, Textum receptum eſſe precarium, quippe cui tot Codices, Patres, Verſiones paſſim adverſarentur. Quod utrumque incommodum perviderunt ante nos etiam alii. Prius movit Grabium, ut Textum Graecum V. T. ex Codice Alexandrino ederet, licet ante id tempus hujus Codicis V. L. ſaepius jam Textui Vulgato adjectae fuiſſent; cujus conſilii ſui rationes his verbis aperit: „ Dicet forte „ aliquis, inquit, me huic labori ſuperſedere potuiſſe, nec opus fuiſſe, „ ut Codex Alexandrinus modo typis exprimeretur, cum diverſae ejus a „ Romana editione Lectiones in Bibliis Polyglottis Waltoni ad inferio„ rem ſacri Textus oram ſint ſubnexae, adeo ut inde illius tenorem per„ cipere liceat. Verum ut taceam egregium iſtud opus ob magnam mo„ lem atque pretium non quotidiani ac promiſcui uſus eſſe; ſane ad „ prompte atque accurate legendum in eo Textum Alexandrinum vix ac „ ne vix quidem adhiberi poteſt, iis praeſertim in locis, ubi plures oc„ currunt variantes Lectiones, & ſubinde tanto quidem numero, ut pau„ cae lineae earum ſint expertes. — Similiter ubi diverſus eſt Capitum „ vel verſuum ordo, & creba magnave eorundem tranſpoſitio — non „ niſi magna cum difficultate ac remora Alexandrini Codicis Textum or„ dine aſſequi licet. Accedit quod ſaepius non recte neque accurate ver„ ba laudati libri ibi expreſſa habeantur; quod quidem aliquando Typo„ thetarum culpae, aliquando autem ejus, qui V. L. excerpſit, errori „ tribuendum eſt.

Alterum Pontifici Ro. cauſſam praebuit, ut V. L. Textui protinus ſubjici omnino vetaret: „ Sicut, inquit Bellarminus in praefatione Bibliis „ Clementis VIII. praefixa, Apoſtolica ſedes induſtriam eorum non dam„ nat, qui —— varias Lectiones & alia idgenus in aliis Editionibus infe„ ruerunt: ita quoque non prohibet, quin alio genere characteris — ejus„ modi adjumenta pro ſtudioſorum commoditate atque utilitate inpoſte„ rum adjiciantur, ita tamen ut Lectiones variae ad marginem ipſius Tex„ tus minime annotentur'? Quod Sixtus V. prolixius expoſuerat: „Quo„ niam, inquit, ex variis, quae hactenus ad marginem adſcribi conſue„ verant, Lectionibus illud ſequitur incommodi ac moleſtiae &c. Nec fa„ cile eſt in tanta Lectionum multiplicitate Scripturas inoffenſo pede per„ currere, & ea quaſi ſilva diverſitatis oblata, quae quibus praeponenda „ ſint, internoſcere: nos optimum factu, piisque omnibus gratum fore „ arbitrati, ut Eccleſiae filii ab his perplexitatibus — liberentur — man„ damus, ut Vulgatae Editionis Biblia poſthac non niſi uniformia im-

, imprimantur, nec aliquid a Textu diversum in margine scribatur?

Et sane si Editores hodierni Textum receptum pro solo authentico habent, cur in notis eidem subjectis tantum numerum V. L. (quae quasi totidem Objectiones sunt, quas sine responsionibus proferunt) operose undique conquisitarum congerunt? quod quid aliud est, quam altera manu eripere, quod altera dares? Sin autem ex illis Lectionibus Textui vulgato nonnullas vel aequiparandas vel praeferendas esse putant, cur eas non aperte potius & citra praejudicium lectori conspiciendas sistunt, quam ut sub acervo reliquarum tantum non occultent penitus?

Hoc utrumque incommodum nostra Editione, ni fallor, removimus, ubique testibus productis, hisque omnibus simpliciter in Textum receptis Lectionibus, quae vulgatae paulo speciosius apponi posse videbantur, sic ut aequi & candidi Lectoris cujusvis judicio hanc novam Editionem permittamus. Quod si quis tamen Textus recepti Defensionem suscipere in animum induxerit, illum hoc unum rogamus, ut nostram Editionem cum MSS. Codicibus, Versionibus, Patrumque locis, quos vel nos indicavimus, vel ipse fortassis per se indagaverit, studiose conferat, ac quoties a nostra Editione testes illi locupletes recedunt, ac cum vulgatis Codicibus faciunt, accurate adnotet, Textum dein receptum cum ipsis illis Testimoniis, quibus confirmandum putaverit, edat; ita demum constabit, opinor, subductis utrinque rationibus, utra Lectio potior atque alteri praeferenda sit?

Nimirum ex omnibus dotibus, quae in his, qui sese ad Crisin atque adeo ad Lectionem N. T. accingunt, requiruntur, longe praecipuum locum sibi vindicat Candor. Hoc est studium veri simplex & rectum, animusque ab omni studio partium alienissimus. Nemo certe alius dijudicandis variis Lectionibus, atque aestimandis singulis idoneus erit, nisi cui persuasum fuerit, non id agi, ut suarum partium Doctrinam quot possit locis Scripturae confirmet, sed ut verissimam Lectionem eruat, Codicibus manu scriptis Patrumque Testimoniis & caeteris Criteriis comprobatam. Haud facile animus verum pervidet, ubi vincendi cupiditas officit, ac plerique haud difficulter sibi persuadent, eam omnino Lectionem optimam esse, quam optimam haberi vellent. Neque magis probare licet in eodem negotio nimium novandi cuncta studium, ac pruritum prioribus contradicendi. Cujusmodi vitia in claris aliquot viris notabamus supra.

Hae sunt fere Cautiones, quas adhibendas in hoc criterio putamus. Caeterum neminem ab errore immunem omnino praestare possumus: Si quis tamen aberraverit, humanae imbecillitati tribuendum potius existimo, quam ut errantem pro falsario aut haeretico protinus habendum putem; quin vereor, ne illi se manifestae calumniae reos exhibeant, qui

ad

ad ejusmodi criminationes cupide provolant. Fieri poſſit, ut quis in applicatione regularum iſtarum aberret, vel ut divulſas ab ſe invicem ſingulas regulas inter ſe in loci alicujus examine committat, & vitii arguat, quae potius univerſae ſimul expendendae fuerant, atque ita judicium faciendum. Quod ſi qua parte erratum etiam a nobis fuerit, fatebimur errorem commonſtratum, non defendemus; neque enim dictaturam affectamus in hoc genere literarum, ſed omnes aequo nobiſcum jure frui cupimus; neque clariori luci feneſtram praecludemus, ſed parati ſumus (id quod publicae Confeſſioni Baſilienſium praeclare inſertum eſt) *meliora atque certiora docentibus omni tempore manus dare.* Nullum inde res Chriſtiana detrimentum capiet, etiamſi aliter legimus, ac vulgatis in Codicibus habetur. Origenem, aliosque Patres, Chriſtianos Orientalis aut Occidentalis Eccleſiae, Eraſmum, Lutherum, Grotium autores dabimus; quo jure qui hos, pro eo ac par eſt, ſuſpiciunt & venerantur, Clariſſimos Viros, nobis quum idem facimus atque illi fecerunt, vitio vertent? *ἱνατί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως;*

—Hanc veniam petimusque damuſque viciſſim.

. . . .

———————— non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. Quid ergo?
At ſcriptor, ſi peccat idem librarius usque,
Quamvis ſit monitus, venia caret;——

. . . .

Vive, vale, &, ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.



